



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Capvt Vndecimvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

sus fuit: licet enim tunc temporis fuerit diuinitus seruatus à morte: quia tamen sponte pro fide se morti obtulit, causaque illa sufficiens erat ad mortem ei inferendam, nisi miraculum intercederet, verè calicem passionis bibisse dicendus est. Denique non est opus, ut Ioannes pro lege gratiæ prædicanda tunc veniat, cū defuncti non sint quamplurimj, ijque excellentes Sancti, & Heroës, qui eam sua prædicatione, & martyrio testari debent.

## ARGVMENTVM.

Caput hoc undecimum adhuc sexti Angeli visionem persequitur, eaque absolute septimi visionem comprehendit. Multa in ea commemorantur, quæ tempore Antichristi debent contingere: potissimum verò Enoch, & Helix prædicatio, martyrium, & resurrectio.

## CAPVT VNDECIMVM.



Datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo: atrium autem, quod est intra templum, eiice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est Gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantia. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluât diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendet de abyssu, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & incundabuntur: & munita mittent inuicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabant super terram. Et post dies tres, & dimidium, spiritus vitæ à Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super in eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis: Ascendite huc: Et ascenderunt in cælum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: & occisa sunt in terræ motu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem

timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli. Væ secundum abiit: & ecce væ tertium veniet cito. Et septimus Angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes: Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum: Amen: Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dñi sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: qui accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et irata sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corruerunt terram, Et apertum est templum Dei in cælo & visa est arca testamenti in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grando magna.

## COMMENTARIUM QVINTVM EXEGETICVM.

De Tertia visione Ioannis.

Visio huius capituli imaginaria describitur.

### SECTIO PRIMÆ.

**P** R I M V M datus fuit Ioanni calamus similis virgæ, id est, mensura quædam sex cubitorum, & palmi, vt postea dicemus. Secundo. Lubetur eiusmodi calamo metiri templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Proculdubio intelligendū est altare, holocausti, quod simpliciter altare appellari consuevit, eratque in atrio Sacerdotum: quo fit, vt per templum intelligibili debeant duæ illæ templi partes, videlicet Sancta sanctorum, & Sancta: hæc enim magis propriè templum dicebantur: per altare autem holocausti accipiendum sit atrium interius, siue Sacerdotum, vbi erat eiusmodi altare vnde & adorantes in eo, quos etiam metiri præcipitur, ipsi Sacerdotes sunt, & Leuitæ, quibus solis patebat aditus in eiusmodi atrium. Cum verò subditur: *Atrium autem, quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud,* atrium exterius quod laicis patebat, est accipiendum: quod extra templum esse dicitur, quia cum laicorum esset, iam templi nomine non censebatur. Atque hæc omnia ad Ecclesiam ex similitudine templi Salomonis referenda sunt, non ad ipsum Salomonis templum, quod iam tempore huius visionis à Tito fuerat incensum. Tertio. Dicitur atrium hoc exterius datum Gentibus, & ciuitas sancta ad conculcandum mensibus quadraginta duobus, id est, tribus annis cum dimidio. Quarto. Promittit Dominus daturum se spiritum duobus testibus.

*Altare holocausti appellatur sicut licet altare.*

Gg ij

fuis, vt prophetent diebus mille ducentis sexaginta, amicti saecis, id est, circiter tribus annis cum dimidio, viginti scilicet diebus minus: etenim tres anni cum dimidio continent dies mille ducentos octoginta. Deinde hos duos testes appellat duas oliuas, & duo candelabra in conspectu Domini: *Et si quis, inquit, voluerit eis nocere, exiet ignis de ore eorum, & inimicos eorum deuorabit. Et habent potestatem elaudendi caelum, ne pluuia diebus prophetiae isfortia: & potestatem conuertendi aquas in sanguinem, & percussendi terram omni plaga, quotiescunque voluerint.* Quinto. Cum testimonium suum absoluerint, *Baſtia, quae ascendit de abyſſo mouebit aduersus eos bellum, eoſque superabit, & occidet: & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magna, quae vocatur spiritu: ualiter Sodoma, & Aegyptus, ubi Dominus eorum crucifixus est.* Iacebunt inhumata per tres dies cum dimidio, ex quo habitatores terra maximam capient animo letitiam, & gratulationis causa inuicem sibi nuntiet munera, eo quod duo illi Prophetae maxime eos cruciauerint. Sexto. Post tres dies cum dimidio praedicti duo Prophetae resurrexerunt summa inimicorum suorum trepidatione, & audita de caelo voce, quae eos iussit in caelum ascendere, ascenderunt in nube inimicis eorum spectantibus: eademque hora factus est tremotus magnus, quo decima pars ciuitatis corruit, & occisa sunt septem hominum millia, reliqui vero timore perculli dederunt gloriam Deo: atque hic concludit Ioannes visionem sexti Angeli. Tunc de septimo addit septimum Angelum tuba cecinisse, factaque fuisse voces magnas in caelo, dicentes. *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabis in secula seculorum, Amen.* Deinde viginti quatuor seniores cecidisse in facies suas, adorantesque Deum dicentes: *Gratias tibi agimus Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.* Denique apertum fuisse templum Dei in caelo, & visam fuisse arcam testamenti, factaque fuisse fulgura, & voces, & tremotum, & grandinem magnam. Haec generatim de Ioannis visione, nunc vberius singula in literalis sensu expendenda.

Cur datus sit Ioanni calamus similis virgae ad metiendum templum Dei, altare, & adorantes in eo.

SECTIO II.

I.

**H**oc capite, vt diximus, incipit iam Ioannes de extremis mundi temporibus, & persecutione Antichristi vaticinari. Primumque iubetur calamo metiri templum Dei, quod non de Salomonis templo, vt potest iam euerso per Titum, sed de Ecclesia, quae illud figurauit, accipiendum esse superius monuimus. Primum igitur sciendum est hunc calamum mensuram esse, non scribendi instrumentum, vt communiter interpretes falso putauerunt: quod quidem manifestius est, quam vt ostendi debeat, cum Ioannes iubeatur eiusmodi calamo non scribere, sed metiri templum Dei: quare haud dubie genus mensurae est. Puto autem eiusdem fuisse mensurae, atque illum calamum, de quo agitur Ezech. 40. qui dicitur fuisse sex cubitorum, & palmi, palmi inquam, id est, quatuor digitorum, vt eo loco interpretatur D. Hieron. *Ezech. 40. 3. Ecce vir cuius erat species quasi species aris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensura in manu eius.* Pro cuius rei maiori expositione est advertendum apud Hebraeos fuisse mensuram quandam appellatam *Taphat*, quae continebat palmum sumptum non secundum quantitatem manus, ut extensa ab extremitate pollicis vsque ad minimi digiti summitatem, sed secundum quantitatem quatuor digitorum secundum latitudinem, quam ob causam sumebatur pro breui, & exigua quantitate, velut Psal. 38. *Mensurabiles posuisti dies meos*, Hebraice *palmares*, id est, breuissimos, quod

quod ad breuitatem vitæ exprimendam maximè pertinet. Rursus notandū est ex Lyrano in comment. super 40. cap. Ezech. duplicem fuisse apud Hebræos cubitū, vnum legalem, siue Sanctuarij, alterum communē, & vulgarem: legalemque fuisse maiorem, imò omnia pondera, & mensuras Sanctuarij, quæ nimirum inseruiebant ponderandis, & mensurandis rebus sacris, maiores fuisse illis, quarum vsus erat in rebus communibus, & profanis. Itaque cubitus legalis continebat sex te-phaim, siue palmos, vt actor est Moyles Gerundenis super sextum caput Genes. cubitus autem communis quinque tantum palmos, quanta videlicet est vnus cuiusq; hominis mensura à cubito vsque ad extremos digitos: quo fit, vt cōmunis cubitus non esset certus, & status, cum non eadem sit omnium hominū mensura.

Aduerte etiam cubitū Sanctuarij longè diuersum fuisse à cubito Geometrico: quippe cum Geometricus cubitus contineat sex cubitos cōmunes, vt asseruit D. August. li. 15. de ciuitate. c. 27. cuiusmodi cubitos fuisse eos, de quibus loquitur sacra Scriptura Gen. 6. cum ait arcam Noe habuisse trecentos cubitos longitudinis, quinquaginta latitudinis, & triginta altitudinis, docet Origen. hom. 2. in Genes. quæ citat, & sequitur D. August. deo proximè citato, Beda in cōment. super Genes. Rupert. li. 4. in Genes. c. 18. Abul. q. 16. in Genes. Gloss. interlin. in caput 6. Genes. & Georg. Venet. tomo 1. problematum in sacram Scripturam sect. 2. probl. 82. & in Harmonia cant. r. ton. 6. c. 3. Ex dictis perspicuū cubitū Sanctuarij continuisse cubitum, siue vnam cōmunem, & præterea vnum palmum siquidem erat mensura sex palmorum id quod probat Lyranus loco citato ex cap. 43. Ezech. vbi ita legimus. *Ista autem mensura altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum, & palmum.* Quo loco cubitum, verissimū appellat cubitum Sanctuarij, eumque dicit habere cubitum, nimirum cōmunem, & palmum, hoc est, sex palmos, cum cōmunis cubitus quinque tantum palmos cōtineret. Igitur si calamus hic datus Ioāni eiusdē erat mēsuræ, vt videtur verissimile, cum illo, qui datus fuit Ezech. fuit mensura continens sex cubitos, & palmum. Obiter hic illud est obseruandū non sine mysterio mensuras rerum sacrarū fuisse maiores communibus, vt intelligamus largiores, & liberaiores nos esse oportere in metiendis diuinis, & æternis, quàm humanis, & temporalibus: itaque largius metienda esse ea, quæ Deo, quàm quæ mundo offerantur.

Secundò est obseruandum duplicem mensuram adhibitam esse à Deo ad Ecclesiam metiendam, calamum videlicet mensuræ tum hoc loco, tum Ezech. 40. & præterea funiculum eodem capite Ezech. pro quo Septuag. transtulerunt, *Funiculum camentariorum, seu adificatorum*, eiusdēque fit mentio Zachar. 2. vbi apparuit Prophætæ vir habens in manu funiculum mensuræ ad metiendam Hierusalem; vt videret quanta esset latitudo eius, & quanta longitudo: quem locum ad Ecclesiam pertinere docent omnes ferè interpretes. Ratio verò huius duplicis mēsuræ ea est, quia in qualibet fabrica multa sunt, quæ solidam mensuram desiderant, cuiusmodi est calamus, siue virga: alia, quæ flexibilem, vt angulorum flexiones, cuiusmodi est funiculus. Et quoniam multa alia etiam sunt, quæ mensurari non possunt, sed tantum ponderari, idcirco præter calamum, & funiculum trutinæ, & statere adhibentur ad Ecclesiam supellectilia diiudicanda: quam ob causam dicitur 4. Reg. 21. *Extendam super Hierusalem funiculum Samaria, & pondus domus Achab, seu vt legit Diuus Chrysostomus homil. in Psalm. 95. Extendam in Hierusalem mensuram Samaria, & trutinas domus Ephraim.* Tertio est aduertendum non datur Ioanni simpliciter calamum, sed calamum similem virgæ ob ea, quæ paulò post de punitio-ne dicenda sunt: quoniam Nicol. Zeger. in suis annotationibus super Apocalypf. velit eiusmodi calamum dici similem virgæ, id est, scepero regali, cuius

Duplicis cubi-  
tus apud He-  
bræos legalis  
& vulgaris.  
Lyranus.

Moyf. Gerū.

II.

Cubitus lega-  
lis à Geome-  
trico quàm  
diuersus.  
D. August.  
Gen. 6.  
Origen.  
D. August.  
Beda.  
Rupert.  
Abalens.  
Gloss. interl.  
Geor. Ven.  
Cubitus lega-  
lis quos contine-  
bat palmos  
Lyranus.  
Ezech. 43. 13.  
Largius Deo  
quàm mundo  
offerendum.

III.

Ezech. 40.  
Septuag.  
Zachar. 2.  
Duplicis mē-  
suræ ad Ec-  
clesiam me-  
tendā q. 20.  
sum data.

4 Reg. 21. 1.

D. Chrysost.

Zegerus.

etiam ratio à nobis perstringenda est.

IIII.

In puniendo,  
& remunerando iustissimus Deus.

His igitur animaduersis nihil aliud est præcipi Ioanni, vt templum metiatur, nisi vt videat, quæ, & quanta sint Ecclesiæ, hoc est, fidelium siue merita, siue demerita, vt pro eorum magnitudine Deus hæc quidem puniat, illa remuneret. ostendatque se iustissimum esse, nihilque siue in puniendo, siue in remunerando per iniustitiam, & iniquitatem facere: atque hæc sit in hunc locum prima obseruatio. Secunda est calamum hunc fuisse sex cubitorum legalium (qui longiores sunt communibus) & præterea palmi, qui palmus, vt plerique volunt, non erat de ratione mensuræ, sed ad tenendum manu calamum, vt videlicet Ioannes calamum apprehédens vnum eius palmum clauderet manu, & reliqua parte, id est, sex cubitis mensuraret: verum siue solis sex cubitis, siue integro calamo mensurauerit, vt communiter fieri solet, illud colligimus voluisse Deum, vt Ioannes facris, id est, maioribus mensuris, quàm sunt communes, in Ecclesiæ dimensionibus vteretur, quo intelligeremus non debere nos esse in Dei cultu paruis, & communibus mensuris contentos, sed maiores in eo genere remanere mensuras à nobis esse exigendas, ex postula, idumque, cur maiori conatur, & a la critate Dæmoni, quàm Deo seruiuerimus: imo cur plures Dæmoni, quàm Deo seruiant. De qua iniqua conditione conqueritur Dominus Mich. 7. *Vt mihi: quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, seu (vt Septuaginta transtulerunt) Vt mihi: quia factus sum, sicut qui congregat stipulam in messe. Non est bonus ad comedendum: prae quoas frus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Vbi cernis conqueri Deum, quodd Ecclesiam Dæmon quasi vineam vindemiet, omnemque fructum colligat, & sibi tantum supersint paucissimi racemi, qui per incuriam solent vindemiatores fugere: & iuxta translationem Septuagint. quod Dæmon triticum colligat, sibi que solæ stipulae, & paleæ relinquuntur.*

Id Dei cultu maioribus mensuris vtiendum.

Mich. 7. 1. Septuag.

Quod plures demoni, quàm sibi seruiant. Dem.

V.

Calamus cui virga dicitur similis.

Psal. 44. 7. Paraph. Chal.

Psalm. 2. 9. Timendus Deus etiam ante sententiam.

Ezech. 7. 6.

D. Hieron.

Iustitia diuina peccatis quasi aquis pullulat, & irrigatur.

Ad Deum, vt mundi Principem pertinet homines iudicare.

VI.

Ad Deum, vt mundi Principem pertinet homines iudicare.

Ad Deum, vt mundi Principem pertinet homines iudicare.

Ad Deum, vt mundi Principem pertinet homines iudicare.

Ad Deum, vt mundi Principem pertinet homines iudicare.

Tertia obseruatio est dici calamum similem virgæ, primum propter iustitiæ diuinæ æquitatem, & rectitudinem, iuxta illud Psal. 44. *Virga æquitas, siue, directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, siue, vt reddidit Paraphr. Chaldaicus: Regnum rectum sceptrum regni tui. Quo eodem sensu exponendum est illud Psal. 2. *Reges eos in virga ferrea, id est inflexibili. Deinde ipsa mensura est instar virgæ, vt timeamus Deum iudicem, vt pote paratum statim virga cedere, quæ nocentem in mensurando repererit: itaque vel in ipso iudicio ante sententiã timendus est Deus: cum ipsa mensura, siue iudicium iam speciem virgæ gerat, & supplicium minetur. Nec mirum, cum ipsummet peccatum quãdo suscipitur, iam tunc dicatur germinare virgas, quibus peccator verberetur, vt eleganter habes expressum Ezech. 7. *Scietis, quia ego sum Dominus percutiens. Ecce dies, ecce venit, floruit virga germinauit superbia. Quem locum D. Hier. hoc sensu interpretatur: Floruit virga quæ multo vobis tempore minabatur, & de flore fructum plagarum parturit: superbia vestra germinabit, quod merebamini. Itaque iuxta D. Hier. expositionem peccata Hebrææ gentis florere fecerunt virgam diuinæ iustitiæ, & fructum plagarum parturire, vt indicetur diuinam iustitiam peccatis quasi aquis irrigari, vt floreat in virgas, & fructum plagarum, ac verberum producat. Significatur etiam ipsammet superbiam Hebræorum germinasse virgas, quibus à Deo verberarentur.***

Quarta obseruatio iuxta sententiam Nicol. Zegeri paulo supra commemoratam. Calamus mensura erat similis virgæ, id est sceptro regali, quoniam ad Deum tanquam Principem, ac Regem huius vniuersitatis pertinet homines metiri, hoc est, iudicare, & pro ratione meritum vel præmij, vel supplicij afficere: id quod disertis verbis habes expressum in ipso lib. Gen. vestibulo, cū dicitur: *In principia*

CREATI

creavit Deum calum, & terram. Vbi pro eo, quod nos habemus, Deum, est Hebraicè *Elohim*, id est, iudices: cur enim Deus, cum se orbis effectorem denuntiat, iudicem appellat? aut quam habet creatio eum iudicio cognationem, siquidem mundi fabrica à Dei omnipotentia potius, quàm à iustitia profecta est? Duplicem affert Card. Caiet. responzionem: vna est idcirco adhibitam esse vocem *Elohim*, id est, iudices in mundi creatione, quoniam Deus in condendis creaturis quandam districzionem iustitiæ rationem seruavit suos cuique gradus, ordinem, & locum iuxta singularum naturam tribuendo, quem admodum eleganter Tertul. li. 2. aduersus Marcionem c. 12. explicauit his verbis. *A primordio, inquit, creator tam bonus, quàm & iustus: bonitas eius operata est mundum, iustitia modulata est.* Vbi cernis ex Tertulliani sententia diuinam iustitiam orbem veluti citharam coccinasse, creaturasque omnes tanquam fides argutissimas suis qualque locis disposituisse quodam veluti iustitiæ iure, propterea enim hoc ad iustitiam, non ad bonitatem, aut poenitentiam retulit, quod naturæ singularum exposcebant, vt suauissimus ex omnibus concentus, qui Dei tum potentiam, tum sapietiam sonaret, mirificè redderetur: id quod magis adhuc exponens subiunxit: *Iustitia opus est, quod inter lucem, & tenebras, inter diem, & noctem, inter calum, & terram separatio pronuntiata est, ita vt bonitas concepit omnia, iustitia distinxit situs, habitus elementorum, motus status, ortus: occasu singulorum iudicia sunt creatoris.* Hæc ille. Altera Caiet. responzio, quæ ad nostrum facit institutum, ea est voluisse Deum, vt existimarem ad ipsum iure creationis iudicium mundi pertinere, vt ipse idem, qui orbem condidit, eo ipso, quod condidit, eundem iudicaturus crederetur: atque ad id significandum hoc loco suo ipse regali scepro tanquam calamo mensuræ vsurum se esse demonstrauit, cum Iohanni mensuram scepro regali similem dedit.

Quinta annotatio. Non solum funiculo, sed etiam calamo in Ecclesia mensuranda vitur: quia non solum obliquitatem fabricæ, cui metiendæ inseruit funiculus, id est, prauas, & intortas actiones: sed etiam ipsam ædificij rectitudinem, cui cognoscendæ calamus adhibetur, id est, ipsa etiam bona opera diiudicat, & examinat, iuxta illud Pl. 74. *Cum accipero sèptus, ego iustitias iudicabo: & meritò, quoniam verissimum est illud, quod pronunciauit Elai. c. 64. Quasi pannus menstruatus vniuersa iustitia nostra.* Nec vero his duobus mensurarum generibus contentus stateras etiam, ac trutinæ adhibet, vt diximus, ad examinanda videlicet subtilissima, ac minutissima quadam humanarum actionum pondera, quibus neque calamus, neque funiculus inseruiunt, adhibitæ ad eam rem granorum, & serupulorum momētis, quibus in suis stateris curiosi aurifices vti solent: quam exactam ponderandi rationem Deus seruasse describitur Prou. 16. *Omnes via hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus, quid enim spiritu aut leuius, aut subtilius: Cum igitur spiritus ipsos, hoc est, intimas, & subtilissimas cogitationes, & intentiones animorum Deus ponderare dicitur, exactissima sanè, & subtilissima iudicij eius statera indicatur, in qua, vel ipsi leuissimi spiritus quid ponderent, intelligitur.* Sic Regis Baltharis non externa tantum facta, sed intimas etiam cogitationes, arcanaque mensurationem Dominum ponderasse disertis verbis significatum est Dan. 5. cum dicitur: *Et hec, id est, (interpret. Dan.) appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* Huius rei figuram habes Leu. 27. *Omnia aestimatio scilicet auctuarij ponderabitur: nam ad pondus scilicet Sanctuarij in statera exigebatur pretium rerum, quæ Deo offerrebantur, indicaturque Deum ad pondus Sanctuarij, id est, ad strictissimum quoddam examen reuocare, & exigere vniuersas hominum actiones.*

Sexta, & postrema obseruatio. Mensuratur templū, & altare, & adorantes in eo.

Caietanus.  
In mundi fabrica iustitia rationem seruauit Deum.  
Tertull.

Iudicium mundi creationis iure ad Deum pertinet.

VII.  
Non praua solum, sed bona etiam opera diiudicat.  
Deus.  
Psal. 74. 3.  
Isai 64. 6.  
Dei iustitiam strictissimam.

Prou. 16. 2.

Dan 5. 27.

Leu. 27. 25.

VIII.

Primo quidem aspectu apparet hoc loco Sacerdotes, & Levitas, quibus solis in templum, & interius atrium, ubi erat altare holocausti, aditus patebat, intelligendos esse, eosque potissimum iudicandos, quippe quos maxime deceat probitatem colere & virtutis facem aliis præferre. Vnde Ezech. 9. sex illi viri, qui Prophetæ apparuerunt, habentes vasa interfectionis in manu sua misique erant ad peccata vrbis vindicanda, steterunt iuxta altare æneum, id est, altare holocausti, de quo etiam hic est sermo, dictumque est illis: *Sanctuarium meo incipite.* Verum generalius puto accipiendam hanc templi, & altaris mensuram, intelligendosque esse omnes in vniuersum fideles, quippe qui proprie templi, & altaris nomine censentur, iuxta illud Pauli. Cor. 3. *Ne scitis quia templum Dei estis?* Cum vero subiungitur: *Eos autem, qui foris templum sunt, eijce foras, & ne metiaris illos,* omnes Hæretici, & Schismatici, Iudæi, infidelisque significantur: hi enim extra templum, hoc est, extra Ecclesiam sunt. Dicitur autem hoc atrium datum Gentibus: quoniam omnes eiusmodi Antichristo, eiusque sectatoribus adiungentur: qui merito Gentes appellantur, quoniam omnes sectatores Antichristi non verum Deum, sed ipsum solum Antichristum adorabunt. Itaque hos omnes Deus metiri, id est, iudicare prohibet: quoniam iuxta Christi Domini sententiam Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est.* Vnde Leu. 27. dicitur: *Omnia decimarum bonis, & ovium, & caprarum, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimam venerit, sanctificabitur Domino.* Quo loco obserua non sine mysterio dictum esse: *Quæ sub pastoris virga transeunt,* ducta similitudine à pastoribus, qui virga solent pecus numerare; qua similitudine duo significantur. Vnum est Deum gregem fidelium solere virga numerare, quoniam, quos diligit, castigat, & non recipit in æterna illa, ac semper virentia beatitudinis pascua, nisi quos hic virga numerauerit, id est, laboribus, & tentationibus exercuerit. Alterum est, quod annotauit Glossa, & ad rem præsentem pertinet, non placere Deo decimas pecorum, nisi sint eorum, quæ sub pastoris virga transeunt, id est, Christi crucem, & fidem amplectuntur: quam obrem Gentiles omnes, & Iudæos, & in vniuersum omnes infideles metiri prohibetur Ioannes, siquidem cum fidem non habeant, & idcirco iudicati iam sint, non erat, cur in iis mensurandis immoraretur.

## De numero, situ, &amp; ordine atriorum templi Salomonis.

## S E C T I O I I I.

I. **N**ON possunt rectè intelligi ea, quæ Ioannes dixerit de mensura templi, & altaris eo vel maxime, quod adiciat præceptum sibi fuisse, ne atrium, quod foris est, metiretur, nisi perspecta omnino sint atriorum Salomonis templi, ad quod hic alluditur, numerus, situs, ac dispositio. Quod igitur ad numerum pertinet, plura in templo Salomonis fuisse atria dubitari non potest, cum dicat Regius vates Psalm. 133. *Qui statis in domo Domini, in atris domus Dei nostri:* & legamus 4. Reg. 21. de Manasse, quod extruxerit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atris templi Domini. Verum quot ea fuerint, non est in sacris literis expressum: communis tamen Doctorum opinio, & vera, est quatuor fuisse atria in Salomonis templo: ita sentiunt Beda libro de templo Salomonis cap. 16. Cassiod. in Pandectis ab eodem Beda citatus, Magist. hist. Schol. 3. lib. Reg. cap. 14. & sequentibus, Lyran. Hugo Card. Carthusian. in comment. super 6. caput tertij libri Regum, Abul. lib. 3. Reg. cap. 6. qu. 20. & 21. Arias Mont. in tractatu suo de templi fabrica, Genebrardus lib. 1. suæ Chronographiæ, & alij communiter, à quibus immerito recedit Ribera lib. 1. de fabrica templi cap. 16. dicit tantum agnoscens atria in Salomonis templo, tamen si plura in templo Herodis, quod confundi à ci-

tatis



tatis auctoribus cum Salomonis templo non bene existimavit, ut ex iis, quae inferius dicemus, fiet perspicuum, cum singula atria numerabimus.

Illud etiam verti solet in controverfiam, num atria templum undique ex omni parte cinxerint: & quidem primo aspectu videbitur plerisque, ut visum est auctori citato, non cinxisse ea ex omni parte templum, sed tantum ex parte Orientali, ubi erat templi ostium, propter verba illa Iosephi lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. quae sic habent. *Iniitio quidem visum est in templo, ut quae area sufficiebat iacens in summo planities, quod undique praecipuus erat, atque declivus: cum autem Rex Salomon, qui etiam templum adificaverat, muro eius partem ab Oriente cinxisset, una porticus aggeri est imposta; & manebat ex aliis partibus nudum.* Verum non est, cur à communi sententia recedamus: fuisse enim templum ex omni parte cinctum atriis ita, ut in medio atriorum quasi arx quaedam emineret, docet Cassiod. Beda, Magist. hist. Schoast. Lyranus, Abul. & alij locis citatis. Quamquam Abulensis abique vilo fundamento excipit atrium Sacerdotum, quod solum existimat non circumdeditur templum ex omni parte, sed fuisse plateam quandam magnam, & quadratam ad partem templi Orientalem, cuius hac in re opinio manifestè convincitur, & nostra statuitur duobus illustri-  
simis Iosephi testimoniis. Nam lib. 8. antiq. c. 7. agens de atrio Sacerdotum sic ait. *Circumdedit autem Salomon templum per ambitum univrsum, quod propria quidem lingua Eison, Latine vero maseria, seu cancelus nuncupatur, tribus cubitis erigens eius altitudinem, ut ab ingressu templi ceteros prohiberet, & sibi sacerdotibus hoc licere significaret.* Cernit hoc loco Iosephum agere de atrio Sacerdotum, disertèque tradere illud circumdeditur templum per ambitum univrsum. Idemque mox affirmat de atrio exteriori: *Extrinsècus, inquit, aliam edificavit aulam quadrangulo schemate factam, erigens maximas porticus, & portus excelsas, & amplas per quatuor mundi partes in eo constituens, quarum singula ad unumquemque ventum quatuor angulū atendeant. In hac sacrarium omnes populi, quibus purgatio, & observatio legitimum inerant, intrebant.*

Ex quibus verbis illud manifestè concluditur atrium exterius circumdeditur templum ex omni parte, si quidem ait illud quatuor habuisse portas singulas ad unumquemque ventum: quod esse haud poterat, si templum ex omnibus quatuor partibus non cingebat: sed tantum, ut adversarij volunt, templo adherens tribus duntaxat lateribus constabat, ut mirum sit eos & Iosephi testimonia clarissima non vidisse, aut si viderent dissimulasse. Et quod magis est, illud alterum Iosephi testimonium, ex li. 6. de Bello Iud. c. 6. citatum, quod pro sua afferunt sententia, perperam intellexisse. Etenim cum Iosephus ait templum ex aliis partibus, praeterquam ex Orientali fuisse nudum, non vult templum non fuisse cinctum atriis ex omni parte, sed illud tantum significat, non habuisse porticus sibi adherentes, nisi tantum ex parte Orientali, in qua habebat porticum pulcherrimam, atque ad eod templi parietes ex aliis lateribus nudos eo ornato extitisse: id quod tam clarè sonant verba Iosephi, ut interprete non indigeant. *Una, inquit, porticus aggeri est imposta, & manebat ex aliis partibus nudum.* Quod verò ait Salomonè cinxisse partem templi ab Oriente, non evincit reliquas etiam non cinxisse: quia enim Iosephus eo loco de Orientali parte ad porticum illius describendam loquebatur, eius tantum partis meminit: nec tamè negavit, ut patet, reliquas etiam quadrato schemate fuisse atriis circumseptas: alioquin secum ipse manifestè pugnasset, ut ex allatis pro nostra sententia testimoniis est exploratum. Ambiebant igitur atria ex omni parte templum, ita tamen, ut non esset omnino in medio atriorum, sed propinquius lateribus Occidentalibus, ut maior planities in Orientalibus, quae praecipue usui erant, relinqueretur.

Iuxta hæc primum atrium erat atrium Sacerdotum, area videlicet, siue platea aper-

II.

Iosephus.

Templum Salomonis ex omni parte atrio cinctum. Cassiodor. Beda. Mag. hist. Schol. Lyranus. Abulens. Resilatur opinio Abul. & probatur sententia auctoris ex Iosepho.

III.

Atrium exterius circumdedit templum ex omni parte.

Templum non erat omnino in medio atriorum.

IV.

*Atrium Sa-  
cerdotum  
describitur.  
3. Reg. 6. 36.*

*Atrium Mont.  
Longitudo  
Et latitudo  
alius.*

*Rabbini.  
Templa fa-  
brica leonū  
speciem refe-  
rabat.*

*Esai. 31. 4.  
Templa quāta  
fiducia fre-  
quentare de-  
bemus.  
Exod. 43.*

*V.  
Atrium in-  
teriori pau-  
mentum  
quale.  
Sacerdotum  
portas.  
Muri altitu-  
do Et ele-  
gantia.  
Ioseph.  
3. Reg. 6. 36.  
Lyranus.  
Abul.  
Muri paries  
finiebatur  
lignis cedrinis  
Beda.  
Tres lapidū  
ordines quas  
virtutes ad-  
umbrarent  
ex Beda.  
Porta Orien-  
talis per an-  
tonomasiā  
porta templi.*

*VI.  
Quae contin-  
bantur in  
atrio interio-  
ri.*

to caelo, muris conclusa, quadrato schemate, templum vnde quaque ambiens per decliuitatem montis: quod atrium appellatur interius, quia erat templo propin- quius, & reliquis atrijs cingebatur. Eius sit mentio 3. Reg. 6. *Aedificauit atrium in- terius tribus ordinibus lapidum politorum*: de quo atrio haec accipe. Primò continebat area huius atrij, vt vult Arias Montanus, cubitos centum, & quinquaginta longi- tudinis ab ortu versus Occasum, totidemque latitudinis ea parte, qua ortum res- piciebat. Etenim latius fuit spatium, & latitudo atriorum omnium ab Ortū, quàm ab Occasu, latioraque latera Orientalia, quàm Occidentalia, vt vniuersa fabrica speciem referat leonis, qui pectore latior est, quàm tergo. Quam ob causam aiunt Rabbini Hebraeorum fuisse toti operi inditum nomen Ariel, quod interpretan- tur Leonem Fortis, siue Leonem Dei, quia eo loco Deus se Leonem, id est, poten- tissimum demonstrabat, vt populus intelligeret maxima cum fiducia templum orationis causa frequentandum: vnde nimirum Deus aduersus ipsius hostes & persecutores, siue homines essent, siue Demones tanquam leo quidam terribilis pro eis in campum pugnaturus prodiret: id quod disertis verbis traditum est ab Esaiā capite trigesimo primo. *Quomodo si rugiat leo, & catulus leonū super pradam suam, cum occurreris ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauerebit: sic descendet Dominus exercituum, vt praesetur super montem Sion, & super collem eius.* Vbi obiter collige, quanta fiducia debemus templa orationis causa frequen- tare. Scio Ezech. 43. sumi Ariel pro superiore parte altaris, eo quòd carnes, quae ibi cremandae imponebantur, instar leonis consumeret, ac deuoraret, sed eodem ferè res pertinet.

Secundò. Pavimentū huius atrij erat ex marmore pulcherrimo diuersis imagi- nibus decoratum, vt ait Abul. & quidem in marmore admonerentur Sacerdotes solidæ, ac veluti marmoreæ puritatis, ad quam deberet aspirare, in imaginū autē varietatibus de pulcherrimis virtutū formis, quas in se haberent exprimere. Ter- tiò. Murus atrij erigebat se trib. cubitis in altitudinē, vt auctor est Ioseph. li. 8. an- tiq. c. 3. De eo etiā dicitur 3. Reg. 6. *Aedificauit atrium interius tribus ordinibus lapidū poli- torū, & vno ordine lignorū cedri*: quos lapidū ordines sic exponunt Lyran. & Abul. vt primus cubitus esset ex lapidibus certi coloris, secundus ex lapidibus alterius co- loris, tertiusq; similiter vt ipsa lapidū varietas pulchritudinē operi adderet. Quod verò subiūgitur de ordine lignorū cedri, Abul. & alij sic accipiūt fuisse murum à parte interiori vestitū, & coopertū lignis cedrinis: sed planè textui aduersantur, qui præter tres illos ordines lapidū, quartum ponit ordinē lignorum cedri: quare probabilius est, quod alij asserūt, suprā tertium lapidum ordinē fuisse ligna cedrina, ita vt paries lignis cedrinis finiretur ad speciem, & ornatū muri, ita tamen, vt ex his quatuor ordinibus illa triū cubitorum altitudo quam tradit Iosephus, resuleret. Quo fit, vt singuli ordines lapidum minus haberet, quàm singulos cubitos altitu- dinis, cuius contrarium Abulensis asseruit, quia hunc lignorum ordinem non su- præ ipsum murum putauit esse collocandum. Quod ad mysterium attinet, Beda vult his tribus lapidum ordinibus adumbratas fuisse tres illas virtutes eximias, fi- dem, spem, & charitatem, in ordine autem lignorum cedri bonam operationem, quae cedrina esse debet, id est, sine corruptione simulationis, & hypocrisis exhiberi. Etenim sine hoc ornatu cedrino superposito, hoc est, sine bonis operibus tres reliqui lapidū ordines, hoc est, fides, spes, charit. consistere, & permanere nō possūt.

Quartò erant in muro quatuor portæ ad quatuor mundi plagas cōstitutæ, om- niūq; celeberrima Orientalis, quæ per antonomasiā porta templi dicebatur, ad eamque poterant accedere laici, & fœmina feretes oblationes suas & animalia ad sacrifici-

factificiū, vt ea darēt Sacerdotibus. Quinto. In hoc atrio erat altare æneū siue holocausti, & mare æneum suprā duodecim boues æneos collocatum, & luterus, de quibus agitur 3. Reg. Multa etiam fuere cœnacula, & cubicula iuxta murum cōtinuato opere extructa tum ad seruanda vasa, templique supellectilia: tū ad Sacerdotum, Leuitarūque habitationem, vt colligitur ex 1. Paralip. cap. 28. Additque Abul. fuisse per gyrum sedilia, in quibus sedere possent Sacerdotes. Deniq; iuxta doctrinā Hebræorum fuit in hoc atrio puteus cum canali per mōtis subterranea, in quem hostiarū sanguis cum aqua infusus ad torrentem vsque defluebat. Sexto. Hoc atrium ingredi solis Sacerdotibus, ac Leuitis licebat, nō tamen omnibus: excluderentur enim omnes illi, qui aliquam haberent maculam, vt habes Leuit. 21. veluti si cœci essent, si claudi, si paruo, vel grandi, vt toxo naso, si gibbosi, si herniosi, si lippi, si habentes albuginem in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore. Hi enim omnes connumerantur capite illo Leu. citato, vt indicaretur Sacerdotem omni spiritali defectu cariturum, vt dignè Deo possit ministrare.

Secundū atrium dicebatur exterius, & Israëlitis etiam nomine, cuius fit mentio 2. Paralip. 4. illis verbis. *Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & estia in basilica.* Quo loco per *Basilicam grandem*, Beda, & alij intelligunt atrium exterius. Idem etiam atrium innuitur 3. Reg. 6. *Edificauit atrium interius: cum enim fiat mētrio atrij interioris, satis indicatur fuisse aliud quoddā atrium exterius.* Primò igitur hoc atrium erat amplissimum, coercēs suo ambitu atrium Sacerdotū, vt sufficere posset tanto populo ter in anno templum inuisenti. Fuit etiā quadrato schemate ædificatū, vt affirmat disertis verbis Ioseph. lib. 8. antiq. c. 3. Nec verò quempia mouere debent verba illa 3. Reg. 7. *Et atrium maius rotundū, trium ordinum de lapidibus factū, & vnus ordinis de dolata cedro.* Etenim iis verbis non est sermo de atrio templi, sed de atrio domus, quam Salomon extruxit filie Pharaonis, quam vxorem duxerat, vt interpretatur Tyranus, Caietan & alij. *Quamquā et si de atrio magno templi, in exteriori sermo esset, nihil inde cōficeretur ad concludendam eius atrij rotunditatē: quoniam Hebræicè nō est rotundū, sed per circū, vt vertit Sanctus Pagnin.* fuisse enim hoc atriū quadratū dubitari non potest, cum affirmet Ioseph. li. 8. antiq. c. 3. fuisse quadrato schemate figuratū. Secundò. *Quomodo hoc atrium fuerit effectum, his verbis explicat Ioseph. loco citato, Dicit, inquit, non potest, ac vix gura. Ioseph. etiam oculis credi, quā mirandū fuerit illud exterius sanum: valibus enim expletis tam profundis, vt ad prospectum oculi caligarent, & aggregata ad quadragens cubitos terra Salomon eam verticimontis, in quo templum extructum est, aquauit: atque hoc modo factū est, vt area fani cum solo templi aquaretur.* Tertiò. Pavimentum erat stratum pulcherrimo marmore, cinctumque duplicibus porticibus, vt auctor est idem Iosephus, quas cōlūnx è natiuo saxo sustentabant, & laquearia cedro expolita tegebāt. Erat etiā in eodē atrio porticus illa à Salomone constructa, postquā ille domū suam ædificasset, vt refertur. 3. Reg. 7. quæ porticus illa est, quæ per antonomasiam porticus Salomonis appellatur Ioan. 10. *Ambulabat Iesus in templo, in porticu salomonis: & Act. 3. Cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur salomonis: & cap. 5. Erant vnanimiter omnes in porticu salomonis.* Quod enim in hoc atrio ponēda sit eiusmodi porticus, non autem, vt vult Abulentiū, & alij, sit illa, quæ intra ipsum atrium interiūs ad vestibulum templi erat, ex eo est perspicuum, quod nemo ex laicis ingredi poterat atrium interiūs, nedūm pertingere ad porticum ostio templi adhærentem, cum tamen Act. 3. dicatur: *Cucurrit omnis populus ad porticum, quæ appellatur salomonis: & quāquam omnia ea ædificia Salomonis euerfa fuerant à Chaldæis, templūmq; illud quod Christi tēpore extabat, nō erat illud idē à Salomone ædificatū,*

3. Reg. 7.

2. Paral. 28.  
Abulentiū.

Hoc atrium  
qui ingre-  
rentur, &  
excluderentur  
ab eo.  
Leuit. 20.

VII.  
Secundum  
atrium & ex-  
terius, & l-  
fractū dice-  
batur.  
2. Paral. 4. 9.  
Beda.  
3. Reg. 6. 36.  
Iosephus.  
3. Reg. 7. 12.

Tyranus.  
Caietan.

Sanctus Pa-  
gn. Atrij fi-  
gura. Ioseph.

Quale fuerit  
eius pavimē-  
tum.

3. Reg. 7.  
Ioan. 10. 23.  
Act. 3. 11. 25.  
5. 12.  
Porticus. Sa-  
lomonis erat  
in atrio exte-  
riori.  
Abulentiū.

imò nec secundum templum, propriè loquendum sit, sed templum ab Herode regia magnificè erectum: quia tamen Salomon in eo loco primus porticum fecerat, dicta semper est ea porticus, porticus Salomonis, vt eo nomine distingueretur ab alijs, quæ postea ad alias quoque templi partes extructæ fuerunt.

## VIII.

Beda.

Ioan. 8.

Quot portas habuerit hoc atrium, & quæ præcipua.

Act. 3.

Abulensis.

Mense nummulariorum erant in atrio exteriori.

Matth. 21.

In secundum atrium quibus pater aditus.

Ioseph.

Dominus, & Apostoli prædicabant, & in harum aliqua sedebat Christus, quando mulier in adulterio deprehensa illi fuit oblata à Pharisaïs, Ioan. 8. Quinto. Hoc atrium, vt auctor est Iosephus loco citato, habuit quatuor portas ad quatuor mundi plagas constitutas, quæ auratis foribus claudebantur, earumque præcipua erat Orientalis, quæ propterea dicebatur *speciosa*, cuius fit mentio Act. 3. Vnde falsò existimauit Abul. in latere Occidentali huius atrij nullam portam fuisse: & præterea in latere Meridionali fuisse quatuor portas, totidemque alias in Aquilonari, cum Iosephus quatuor tantum in toto atrio portas constituit, & in singulis lateribus singulas. Sexto. Ad portas huius atrij in omnibus lateribus erant gazophylacia, in quæ pecuniæ ad fabricam templi à populo pro cuiusque deuotione mittebantur. Septimo. In eius area & planitie vendebantur volucres, & animalia quæ sacrificiis seruiebant, ibique erant illæ mensæ nummulariorum, quas Christus Dominus euertit Matth. vigesimo primo. Denique hoc in atrium ingrediebatur omnis populus, qui nullam habebat immunditiam legalem propter quam ab eius ingressu arceretur. Vnde & atrium mundorum dicebatur, vt conceptis verbis docet Iosephus lib. 8. antiquitatum cap. 3. *In hoc, inquit, sacrarium omnes populi, quibus purgatio, & observatio legitimorum inerant introibant.*

## IX.

Tertium atrium mulierum mundarum.

Arias Mont.

2. Paralip.

20. f.

Ioseph.

Tertium atrium fuit mulierum mundarum, nullamque habentium legalem immunditiam. Pro quo est aduertendum ex Aria Montano, & alijs exterius atrium à Salomone constructum vnum, simplex quæ fuisse viris, ac feminis commune, cum aliqua tamen distinctione, vt altera parte viri, altera femina reciperentur: viri quidem propinquiores atrio Sacerdotum, femina autem remotiores. Verum postea successu temporis eam diuisionem factam fuisse interposito muro non multum alto. Itaque ex vno atrio duo atria extitisse, vnum virorum, alterum. Et quoniam de hoc tertio atrio nihil habemus in sacris literis discretè traditum, probabile tamen est indicari 2. Paralip. 20. illis verbis. *Cumque stetisset Iosaphat in medio castru Iuda, & Hierusalem in domo Domini ante atrium nouum.* Vbi per atrium nouum accipiendum videtur hoc tertium atrium feminarum, diuiso nimirum atrio exteriori in duo. Nec leue argumentum ad hoc ipsum persuadendum desumitur ex templo Herodis, in quo similem diuisionem fuisse, testatur Iosephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. Sed vt diximus, sicut in secundum atrium non poterant ingredi nisi tantum viri purificati: ita etiam in tertium solis mulieribus mundis aditus patebat.

## X.

Quartum atrium, quod & profanum dicebatur.

Act. 8.

Gentiles templum Salomonis inuiserunt.

Quartum, & postremum atrium erat atrium immundorum tam virorum, quam mulierum, & præterea Gentilium, vnde & profanum dicebatur. Esse autem hoc atrium ponendum ratio ipsa docet præter communem Doctorum sententiam: etenim cum superiora atria solis illis parcerent, qui mundi essent, necessarium dandum fuit aliud quoque atrium, in quod immundi, & Gentiles possent conuenire orationis causa, cum suis quoque porticibus & cornaculis, in quibus possent comode recipi, qui vota aliqua aliquanto tempore explenda emisissent, quos toto eo tempore sub dio fuisse, & in campo non est credibile. Quod verò Gentiles templum inuiserunt, exploratum est ex Act. 8. vbi dicitur Eunuchus Candacis Reginae Aethiopiæ venisse in Hierusalem, vt adoraret: erat autem vsque adeò prohibitum Gentilibus ingredi, non dico in templum, sed in atrium etiam mundorum, vt Habraus, qui

qui Gentilem eo introduceret, dignus morte iudicaretur. Sic enim Paulum Apostolum occidere conati sunt Iudæi, quod in eiusmodi atrium fuisset ingressus cum quibusdam, quos Gentiles putauerunt Act. 21. ubi nomine templi proculdubio exterius atrium est accipiendum, cum certum sit Paulum non fuisse Sacerdotem legalem, siquidem erat ex tribu Benjamin, atque adeo non potuisse ingredi neque in templum, neque in atrium interius. Ex quibus efficitur dandum fuisse quoddam quartum atrium pro Iudæis immundis, & Gentilibus cum suis porticibus, ubi commodè hyemali, & æstiuo tempore reciperentur, indeque templum respicerent, preces funderent, Deum religiosè colerent, & ab eo beneficia postularent. Atque ex his quatuor atriis duo priora expressa sunt in sacris literis. Posteriora duo, præterquam quod ponit communis sententia Doctorum, ratio ipsa necessitasque euincit, ut ex iis, quæ dicta sunt, manifestum est.

*Qua pars afficiebatur, qui Gentile in atrium extrius introduceret. Act. 21.*

Vtrum Enoch, & Helias iam obierint, an viui adhuc in terris referuentur?

SECTIO IV.

**M**aiorem huius capituli partem insumit Ioannes in commemoranda prædicatione, & martyrio Enoch, & Helie temporibus Antichristi. Quoniam verò hæc disputatio supponit eos nondum obiisse, siquidem morituri commemorantur: postulat doctrinæ ratio, ut id hoc loco disquiramus. Dicimus igitur de fide esse Enoch, & Heliam nondum diu suu obiisse, sed adhuc viuere: quoniam id disertis verbis traditur in sacris literis. Etenim de Enoch dicitur Hebr. 11. *Enoch translatus est, ne videret mortem: & Eccl. 44. Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradysum, ut der Genibus penitentia.* Quibus locis aperte significatur Enoch adhuc viuam referuari. De Helia verò dicitur 4. Reg. 2. quod eum Deus per turbam in caelum transtulerit: & Eccl. 48. quod receptus fuerit, & reclusus in turbine, & inscriptus in iudicii temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Accedit, quod de communi Patrum, Doctorumque sententia Ioannes hoc loco per duos illos testes duas oliuas, duosque candelabra Enoch, & Heliam intellexit: quos tamen paulo post docet à bestia, quæ ascendet de abyssu, occidendos, eorumque cadauera in plateis ciuitatis magnæ per tres dies, ac dimidium inhumata iacitura. Quod si illi iam obierunt, occidere profecto eos Antichristus nequaquam potuisset. Denique hæc fuit etiã cõstans ac Heroicis usque temporibus veterum Patrum sententia: sic enim conceptis verbis tradit Philo Iud. lib. de vit. Sap. Irenæus lib. 5. aduersus hæreses c. 5. & lib. 4. c. 30. Iustin. Philosph. & Mart. in quest. ad Orthod. qu. 85. Tertull. lib. aduersus Iudæos c. 2. & lib. de anim. cap. 35. & 50. & lib. de resurrectione carnis c. 58. Clem. Rom. lib. 5. constit. Apost. cap. 8. D. Cyprian. lib. de montib. Sion, & Sina, D. Hieron. epist. 61. ad Pammachium, & lib. 3. contra Pelagianos, & in epist. ad Marcell. D. Basil. hom. 11. in Hexam. D. Chrysof. hom. 21. in Gen. & hom. 12. in epist. ad Hebr. D. Ambr. lib. de paradiso c. 3. & lib. 4. de fide cap. 1. & lib. 2. in Luc. Epiph. li. 1. aduersus hæreses, Hæres. 64. D. Aug. lib. 9. de Genesi ad literam c. 6. & lib. 1. de peccatorum meritis & remissione, c. 3. Theod. lib. quest. in Gen. q. 45. D. Greg. lib. 9. Moral. c. 4. & lib. 21. Mor. cap. 36. Euch. lib. 1. in Gen. c. 28. D. Anselm. Theoph. Oecum. D. Thom. in c. 11. epist. ad Hebr. & alij merito igitur Tertull. lib. de resurrectione carnis c. 8. Enoch, & Heliam appellat æternitatis candidatos. *Æternitatis, inquit, candidati ab omni vitio, ab omni damno, ab omni iniuria, & condidatis ex*

*I. Enoch, & Heliam adhuc viuere de fide est. Heb. 11. 15. Eccl. 44. 15. 4. Reg. 2. Eccl. 48. Philo Iud. Irenæus. Iust. Mart. Tertull. Clem. Rom. D. Cyprian. D. Hieron. D. Basil. D. Chrysof. D. Ambros. D. Epiph. D. August. Theod. D. Gregor. Eucher. D. Anselm. Theoph. Oecum. D. Thom. Enoch, & Helias æternitatis candidati ex Tertull.*

Genes. 5. 24. mortuum esse, idque significari Gen. 5. cum dicitur: *Tulit eum Deus*. Nec enim, inquit dicitur: *Transtulit*, sed, *tulit*, nimirum per mortem: nam sic de morte loqui solet Scriptura, veluti 3. Reg. 19. *Tolle*, inquit Helias, *animam meam*: & Job 32. *Nescio si post medicum tollat me facti or meum*. Atque hanc opinionem, seu potius errorem amplexus fuit R. Abenefra, & reliqui Hebræorum, ut refert Xystus Senes. li. 1. suæ Bibliothecæ. Eorū tamen fundamentū facile conuellit: etenim Apostolus Hebr. 11. verbo translationis utitur: *Fide*, inquit, *Enoch translatus*, & Eccl. 4. 4. *Translatus est in paradysum*: imò Gen. 5. pro eo quod nos habemus, *Tulit eum Deus*, Septuag. translulerunt: *με-τεθνήκεν αυ τον θεου*, id est, *Transtulit eum Deus*, & iuxta veritatem Hebraicam legimus: *Ambulauit Enoch cum Deo, & non ipse, quia accepit eum Deus*.

Ex his facile quispiam colliget duos hos æternitatis candidatos, ut loquitur Tertull. in via adhuc esse, & non gloriosa, sed mortalia habere corpora: cū enim statutū sit hominibus semel mori. Hebr. 9. ostēdūmq; sit eos nōdū obiisse, sed ad tēpus Antichristi referuari occidēdos, ut dicemus inferiūs, planē cōuincitur eos adhuc morituros, atq; aded nō gloriosa, sed mortalia habere corpora. Quā sententiam conceptis verbis tradit D. Aug. lib. 1. de peccatorum meritis cap. 3. & lib. nono de Genes. ad literam cap. 6. Quo fit, ut audiēdi non sunt Ambr. Catharin. in opusc. de cōsummata gloria Christi, Præcep. Gazæus in Gen. & August. Eugub. in recognitionibus veteris testamēti super 2. c. Gen. cū aiunt Enoch, & Heliam iam modò frui visione beatifica, & in corporibus gloriosis in cælo regnare: cum enī nōdū obierint, & morituri adhuc sint, gloriosa corpora habere non possunt. Quod verò in corporibus mortalibus Deum videant, omnino est improbable: imò existimamus neminē in corpore mortali præter Christum Dominum Deum vnquam vidisse, neque Paulū, neque Moysen, neque vllum aliū, eo quōd postquam Moysi, & Paulo ea contigerunt, propter quæ nonnulli eis visionē beatificā concedunt, dixit Ioannes: *Deum nemo vidit vnquam*. Ioan. 1. Verūm cūtra visionem beatificam concedenda proculdubio eis est altissima quædam contemplatio, & vita felicissima ab iis, quas modò patimur, miseris, & peccati fomite profus immunis: do qua interpretādi sunt plerique Patres, cum eis Diuinū quoddam consortium tribuunt: non autem quōd velint frui eos claro Diuinitatis conspectu, veluti Epiph. hæresi 64. D. Hier. in epist. ad Pammach. & D. Bernardus sermone 6. de Ascensione Domini. Illud præterea credimus eos confirmatos esse in gratia.

Si autem aliquis quærat, vtrum ad vitam sustentandam aliquo vtantur alimento? Theodoret. lib. quæstionum in Genesim quæst. 45. ait hoc non esse curiosius inquirendum. D. August. lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 3. per diuinctionem respondet aut sine cibo à Deo sustentari, aut si cibo opus habent, in paradiso fortasē pasci sicut Adam de ligno vite, & inde contra vetustatem habilitatem vitæ accipere: & lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophetarum cap. 15. ait non temerè esse asserendum, vtrum ligno vitæ velcatur nunc aliquis, nisi fortè Enoch, & Helias. Sine cibo tamen vilo viuere affirmant Epiph. hæresi 64. & D. Hieron. in epist. ad Pamm. Verūm quicquid sit, illud certum est, siue alimento vtantur siue non, miraculo tamen opus esse, vt tandiu viuant: quemadmodum docet Iren. lib. 5. aduersus hæreses cap. 5. *Si quis*, inquit, *impossibile existimat tantis temporibus permanere homines, intendat quoniam Ionas in profundum proiectus & in ventrem ceti absorptus saluus iterum expulsus est terra iussu Dei*. Deinde adducto exemplo trium puerorum, quibus Babylonicus ignis nocere non potuit, subinfert: *Neque igitur natura alicuius eorum, qua facta sunt, neque infirmitas carnis fortior erit supra voluntatem Dei*.

Illud

Illud etiam queri solet, num sint in statu merendi: Benedic. Perer. li. 7. cōment. IIII. in Genes. utramque partem tuetur: & Franciscus Suar. in 3. partem D. Thomæ q. 59. art. 6. disp. 55. sect. 1. probabilius existimat eos iam esse extra statum merendi: quod eo tantum probat, quia alioqui in tam longo, ac diuturno tempore infinita propemodum haberent merita, omnesq; Sanctos, imò ipsam etiam Dei matrem meritorum magnitudine superaret. Id quod adhuc magis apparere potest in Enoch, qui septingentis annis ante diluuiū fuit translatus. In quam ego sententiā adduci nequaquam possum. Primum, quia non est consentaneum sacris literis aliquē hominē, qui nondum obierit, ponere extra statū merendi. Deinde, quia nō congruit Diuinæ bonitati, & liberalitati hos duos seruos suos illustrissimos in hac mortali vita usque ad finem mundi detinere, priuareque per t̄ longū tēpus visione beatifica, qua secundū naturalem cursum, & legem ordinariam multis iam antē seculis potirentur, idque nullo ipsorū lucro, quin omnium maximo detrimento, subtracta nimirum eis merendi facultate. Sanè indignum planè videtur Diuina munificētia, quippe qui soleat dona sua nouis cumulare beneficiis, iacturamque suo nomine factam multo amplioribus lucris cōpensare. Præterea, quia ut suprà ostendimus, illi non sunt adhuc comprehensores, sed puri viatores: quid autē, quāso, est aliud viatorem esse, quàm progressum posse facere in merito, & sanctitate? Accedit, quòd ad quiddā tam nouum, ac tam extraordinariū asserendum contra factā Scripturam, vniuersæque Ecclesiæ doctrinam, iuxta quam omnes viatores, qui adhuc à Domino peregrinantur, & ex fide viuunt, sunt in statu merendi, magna deberet premere auctoritas, magna cogere momenta rationū, quorū neutrum in contraria opinione cernitur. Quod enim obiicitur illud absurdum consequi superaturos eos magnitudine meritorum sanctissimā Virginem, infirmū admodum est: ea enim est gratiæ Virginis magnitudo, ut nullus omnino ad eā possit pertinere. Cum enim Deus præuidisset, quanta futura essent Enoch, & Helix merita, multo maiora esse voluit merita Virginis, tantæque intensiōnis, ad quantam præuidebat gratiam eorum non peruenturam. Quod verò ad cæteros sanctos attinet, nō multum de eorū primatu cōtenderē: nihil enim absurdi cōsequi video, si quis dicat Enoch, & Heliam utpotē extraordinarios quosdā Heroēs superaturos magnitudine gratiæ reliquos omnes Sanctos excepta virgine, idque tantum propter diuturnitatem temporis, quo ex dispensatione viuunt, non verò, quòd intensiores actus charitatis eliciant quàm Ioannes Baptista, aut Paulus eliquerūt. Quamquam & illud dici potest eos usque ad eò parū mereri propter eum vitæ statum, in quo sunt absque vlla carnis rebellionē, operandique difficultate, ex qua etiam ratio merendi accrescit, ut multi eorum actus ad vnum siue Baptistæ, siue Pauli non perueniant, atque ad eò nunquam ad eorum gratiam, & charitatem peruenturos.

*Enoch, & Helias sunt in statu merendi*

*Non alicuius actus charitatis intensiores, quàm Baptista, & Paulus.*

Vtrum paradysus terrestris adhuc existat, in eoq; sint Enoch, & Helias?

SECTIO V.

Cum constitutum sit Enoch, & Heliam adhuc viuere, illud statim sese obijcit excutiendum, vbinam sint, & quo terræ loco vitam agant illam felicissimam ab omni carnis, & curarum importunitate liberam? Et quoniam celeberrimum est eos in paradiso illo terrestris, in quo primi parentes fuerunt, vitam agere, id iam aggredimur disputare, vtrum paradysus ille adhuc existat, nec diluuij aquis obrutus, dissipatusque perierit? An verò illum Deus, utpote Enoch iam eo tempore domicilium, & futurum multo post etiam Helix diuinitus conseruauerit? Qua quidem in quæstione illud in primis statuendum eam vnam

esse ex iis, quæ ad fidem minimè pertinent, saluæque fide in alterutram partem disputari possunt: quemadmodum docent D. Cyprianus lib. de montibus Sina, & Sion, & Theodoret. q. 45. in Gen. cap. 23.

D. Cyprian.  
Theod.

II. Igitur paradisum terrestrem, in quo primi parentes fuerunt, nunc existere, in eoque esse Enoch, & Heliam affirmant Iustinus Philosoph. & Mart. in responsione ad quaestiones Orthodoxorū quaest. 75. 76. 85. Theophil. lib. 2. contra Christianæ religionis calumniatores ad Autolycum. Tertull. in Apologetico, & alijs locis superiori sectione citatis. Nouatianus in lib. de Trinitate, Lact. Firmian. carmine de Phœnice, Epiphani. in Ancorato, & aduersus Origenistas, & hæresi 64. & in epist. ad Ioan. Episcopum Hierosolymitanum à D. Hieron. in Latinam translata, D. Isidorus de vita, & obitu Sanctorum, Hippol. Mart. orat. de Antichristo, D. Ambros. in cap. 4. epist. ad Rom. (si eius sunt illi commentarij) D. Athanas. in lib. *Quod Nicæna synodus*, & c. D. Greg. super 18. cap. Iob, & hom. 12. in Ezech. D. Hier. in epist. ad Pammachium aduersus errores Ioan. Hierosolymitani, D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthodoxæ cap. 28. Arethas Cappadox in 11. cap. Apoc. D. August. lib. 19. de Genesi ad litteram, cap. 6. & lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 3. Method. in reuelationibus, Procop. Gaz. lib. 4. in Genesim, & quod magis vrget, Irenæus lib. 4. aduersus hæreses, cap. 30. & lib. 5. cap. 5. ubi docet eam traditionem accepisse se à Presbyteris, qui Apostolos audierunt. Accedit Abul. in cap. 7. Genes. & quaest. 435. super 25. caput Matth. Mag. in 2. sentent. dist. 17. D. Thom. 1. p. q. 102. art. 2. ad 3. & 3. p. q. 49. art. 5. ad 2. & in 2. sent. dist. 29. q. vnica, art. 5. ad 4. Et est communis scholasticorum sententia, quæ confirmari præterea potest ex sacris literis. Etenim Eccl. 44. dicitur: *Enoch translatus est in paradisum, ut det gentibus penitentiam*: ubi proculdubio videtur intelligendus paradisus ille in quo Adam fuit à Deo positus: quod si ed fuit Enoch initio translatus, non est credibile inde postea à Deo expulsum, ut diluuij aquis paradisus destrueretur: quin potius propter vnum Enoch fuisse paradisum conseruatum. Ex quo pleriq; colligunt, quo pretio habeat Deus vel vnum ex seruis suis: siquidè propter vnius tantum delicias tam illustre miraculum effecerit, ut diluuij aquæ in morem fornicis caulescentes paradisum non obruerint. Atque hæc quidem sententia, cum communis sit antiquorū Patrū, amplectenda est. Quamquam enim nulla alia pro ea firma ratio appareat, quam cōmunis veterū Patrū cōsensus: is tamen instar omnium rationū debet sufficere, præcipuè verò Diuinarū literarū studioso, cuius ea est laus præcipua antiquos Ecclesiæ Patres tanquam Magistros, ac parentes obseruare, & colere, eorumq; doctrinā in omnibus, quoad eius fieri potest, sarrā testam tueri. Quare quæ de præsentī cōtrouersia pro aduersa parte disputabimus, cum debita prioris sententiæ propter eius antiquitatem, & auctoritatem reuerentia accipi volumus.

Vnum ex  
suis seruis quo  
pretio ha-  
beat Deus.

Patrum con-  
sensus instar  
omnium ra-  
tionum.

III. Opinionem igitur eam, quæ ait paradisum terrestrem iam non existere: sed *Paradisum* in eo non esse probabilem esse, & Diuinis literis consentaneam iudicamus, eique nihil obesse debere nouitatem, quo minus vt probabilis defendi possit, vt eam defendunt August. Eugubini, in recognitionibus veteris testamenti in cap. 2. Gen. Cornel. Iansen. in sua concordia Euang. cap. 143. Hieron. & Oleastro in 2. cap. Gen. Catharinus ibidem, & Geneb. lib. 2. suæ chronographiæ in prima ætate, Iacobus Naclantus Clugiensis Episcopus in sua medulla Scripturæ, tract. de opere sex dierum. Eandem multò probabilissimam appellat Bened. Perer. in 3. partem D. Thom. q. 59. art. 6. disp. 55. sect. 1. ea verò ita probatur, Primum, quia duo illa

Paradisum  
iam non exi-  
stere, quod de-  
fendunt.  
Aug. Eug.  
Corn. Ians.  
Hier. ab Ol.  
Cathar.  
Genebrar.  
Iacob. Nacl.  
Bened. Per.  
Franc. Suar.



illa flumina Tygris, & Euphrates dicuntur Gen. 2. ortum habere ex illo fluuio, qui egrediebatur de medio paradisi: illa verò ortu suum habet in Armenia, deinde Armeniã, Mesopotamiã, & Assyriam interfluunt, & in sinum Persicũ exonerantur. Cũ igitur hodie fontes horũ duorũ fluminũ videantur, nec appareat vllũ paradisi vestigiũ, qui necessariò ibi, vel propè fuit, videtur haud dubiè destructũ, & euersum fuisse diluuiò. Verũm dicat aliquis ea flumina per subterraneos meatus labètia ibi primũ erumpere, vbi eorũ fontes modò in Armenia cõspiciuntur, primarios autẽ fontes longissimè distare, in ipso videlicet paradiso. Sed hæc respõsio faciliè concluditur. Etenim cũ flumẽ aliquod per occultos terræ meatus subterlabitur, erũpere, deindè solet maximo impetu, & cursu, vt videre est in Ana fluuio, qui per quinq; aut sex leucas subtus terrã labitur, totũq; deinde quasi renascens rapidissimus erũpit, de quo Plinius li. 3. hist. natur. c. 1. *Modo, inquit, se in stagna fundens, modò in angustias referbens, aut in rotã cuniculis condens, & sapius nasci, gaudens in Atlanticũ Oceanum effunditur.* Hæc autem duo flumina ita iis in locis oriuntur, vt statim appareat ibi tunc primũ nasci, ac deinde cõfluentibus hinc indè riuis paulatim adollescere.

Secundò. Paradisum terrestrem fuisse in partibus Orientalibus circa Mesopotamiam, & Armeniã ferè omnes cõsistentur. Pro cuius maiori explicatione aduertendum est Gen. 2. sic haberi: *Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio: quo loco pro ea voce, Voluptatis, est Hebraicè גן עדן beghedem, ac si diceret, In voluptate: significat enim vox גן voluptates, ac delicias. Est etiam עדן nomen proprium loci, vt patet Genesis 4. & Esa. 37. vnde non sine probabilitate Rabbi Abraham, R. Chimi, R. Aben Ezra, & R. Salomon existimarũt eam vocem Genesis 2. non voluptatẽ significare, sed locum aliquem certum, ac definitũ, in quo fuerit paradysus, cum Hebraicè non sit paradysus גן עדן sed; paradysum גן עדן, hoc est, in Gbeden. Deinde aduersè vbi nos habemus à principio, esse Hebraicè ארץ עדן, pro quo Septuag. translulerunt γη עדן; ἀρα τολ ἀς, id est, ad Orientẽ: quã se ditionẽ sequuti sunt Gregor. Nyssenus super orat. Domin. D. Basil. hom. 11. in Hexameron, & in quodam sermone super illa verba Pauli 1. Thess. 5. *In omnibus gratias agite, D. Chryl. & Theod. super 2. c. Gen. Seuerus in orat. Cur versi ad orientẽ adoremus? D. Ioan. Damasc. li. 4. fidei c. 13. qui illam afferunt rationem eius antiquissimã consuetudinis orandi versus Orientem, quasi scilicet recordatione amissi paradisi suspiremus, optemũsque repetere locum illum, ex quo propter peccatũ ei ecti fuimus. Vt verò intelligas quamnam regionem Scriptura sacra Orientalẽ appellat, illud oportet aduertere, quod viri doctissimi annotarunt, nusquam in sacris literis regionẽ illam, quæ est vltra sinũ Persicum siue citrà siue vltra Gangem, appellari nomine Orientis, sed illas tantũ terras, quæ citrà sinum Persicum iacent, veluti Armeniã, Arabiam, & Mesopotamiam. Vnde gentes, quæ propè eas regiones habitãt, vocantur Orientales comparatione Iudeorum, cuiusmodi sunt Arabes, Idumæi, Madianitæ, & Moabitæ: quã ob causã Iob, qui erat gète Idumæus, inter filios Orientis recẽsetur & tres illi Magi, qui proculdubiò ex Perside, aut Chaldaea, vel Arabia profecti Christũ Regẽ natũ quæsierunt ab Oriente venisse memorantur. Ad hæc Mesopotamiam solet Scriptura appellare simpliciter Orientalem, vt patet Gen. 26. vbi cum agitur de profectiõne Abraham in Mesopotamiã, dicitur profectus fuisse in terram Orientalem. Et quanquã Orientalis India, quæ propè regiõ illa est inter Indum, & Gangem flumina collocata, vnde & maxima Mesopotamia à quibusdam dicitur, sibi maximè præ cæteris regionibus appellationẽ Orientis iure ipso vendicari, nunquam tamen in sacris literis Orientis nomine appellatur. Ex quo fit manifestũ paradisum citrà sinum Persicũ conditum à Deo fuisse, videlicet circa Mesopota-**

Genes. 2.  
Tygris, &  
Euphrates in  
sinu Persicu  
exonerantur.

Per quot leu-  
cas subtus  
terrã labitur  
Ana fluuius.  
Plinius.

III.

In quo mu-  
di plaga fue-  
rit paradysus.  
Gen. 2. 8.  
Genes. 4.  
Esa. 37.  
Rab. Abraz.  
Rab. Chimi.  
Rab. Aben.  
Rab. Salom.  
Septuag.  
Greg. Nyss.  
D. Basilus.  
1. Thes. 5. 18.  
D. Chryso-  
stomus.  
Seuerus.  
D. Io. Dam.

Quam regi-  
nem Scriptu-  
ra appeller  
Orientalem?  
Cur Iob O-  
rientalis cog-  
scatur? Mo-  
gi ab Ori-  
te venisse  
dicuntur.  
Gen. 29.  
Paradysus  
terrestis ubi  
conditus.

miam, & Armeniã. Id quod magis adhuc confirmari potest ex eo, quod homines ante diuisionem linguarum, hoc est, ante ædificationem turris Babylonice credibile est vitam egisse propè paradysum propter eius terræ bonitatem: at vitam egisse propè Mesopotamiam, & Armeniam perspicuum est ex 1. & 11. c. Gen. præsertim cum arca Noe super mōtes Armeniæ requieuerit. Gen. 8. ibique prodeuntes Noe, eiusque filij humanum genus propagate cœperint.

Gen. 1. 11. 8.

III.

*Circo, Daro  
Alph. ver-  
cruo.  
Error quo-  
ruandam cir-  
ca paradysum  
terrestrem.*

Ex quibus facile cõuincitur error Circuli Darocensis in Paradoxis, quæst. 5. & Alphõsi à Vera cruce Augustiniane familie lib. suo vnico de celo, speculat. 15. existimãtiũ paradysum terrestrem fuisse cõditum à Deo in Palestina circa Iordanem, vbi Sodomorũ vrbes exstiterunt. Etenim Tygris, & Euphrates ex paradiso oriuntur. Gen. 2. quæ tamẽ flumina in remotissimis à Iordane regionibus & ortũ, & cursum habent. Non dissimili in errore fuerunt quidã iuniores Astrologi dicentes paradysum terrestrem fuisse in America, seu orbe nouo ad Australẽ partem, quod Hispani nauigãt: quod falsum esse non solum ex superioribus est perspicuũ, sed etiam quia per sexaginta gradus vltra æquatorem, siue æquinoctialem circulũ ad Meridiem penetratũ est nostris temporibus, vt patet ex fæcto Magellanico, nullãq; paradisi vestigia illis in partibus apparuerunt. Errarũt etiam quidã alij ponentes paradysum in Taprobana insula, quã Samatrã esse multi existimant, sub æquinoctiali circulo, vt refert Pius II. Pontifex Maximus in sua Asia, Europa que descriptione cap. 5. de mundo vniuerso. Quamquã peritiores Cosmographi Taprobanam insulam nõ Samatram, sed Ceilã esse confirmãt: in quibus est Gaspar Barrerius in cõmentario de Ophira regione, vbi etiam docet oram illã, quæ Pegũ, Malaca, & Samatra continetur, esse regionem illam Ophiram, vnde Salomoni Regi ingens auri, argenti, eboris, gemmarũque copia apportabatur: auream verd Chersonesum esse, vbi nunc est Malaca vrbs sub imperio, ac ditione Regum Portugallie.

Pius 2.

*Taprobana  
insula, qua  
fit.  
Gasp. Barre.*

V.

Verũ, quicquid ea de re sit, paradysum terrestrem ijs in partibus non fuisse ex eo probat Pius II. quia diuinã literã Tygrim, & Euphratem ex paradiso fluere commemorant, quos tamen fluuios à Septentrionali plaga in Persicũ sinum deuolui certum est, præterquam quod non est credibile Deum paradisi amenitatem sub torrida zona condidisse, primosque parentes in loco minimẽ habitationi, & vitæ idoneo collocasse. Denique refellitur etiam ex dictis error cuiusdam Ioan. Nouiomagi in scholiis suis super lib. Bedæ de natura rerum, & Ioan. Pinned. lib. 1. suæ Eccles. Monachiæ cap. 6. §. 4. aientium paradysum terrestrem esse totum hunc mundum, cum ostensum sit fuisse conditum in certa huius mundi regione, nimirum Orientali, habeamũque ex factis literis primos parètes fuisse ei cõctos ex paradiso, Deũque Cherubim ante paradisi ostium collocasse, vt eis in paradysum ingressum prohiberet: quæ omnia, si totus hic mundus fuit ille paradysus, constare omnino non possent. Constituto igitur paradysum terrestrem conditum fuisse in Oriente circa Mesopotamiam, & Armeniam ducitur ad hanc sententiam persuadendam ratio in hunc modum sanè firmissima. Vniuersã illã Mesopotamiã, & Armeniã regiones, ac prouinciã culturæ hodie sunt, & habitant, nec earum regionum his temporibus vel minimam partem poterit aliquis assignare, quæ iam lustrata non fuerit: & tamen nulla apparent vel obscura paradisi terrestris vestigia. Videtur igitur eum iam non extare, sed obrutum cataclysmi aquis periisse.

*Ioan. Non.  
Ioã. Pinned.  
Refellitur  
aliorũ error.*

*Ducitur ra-  
tio pro parte  
negante.*

VI.

*Genes. 7.  
Tertium ar-  
gumentum  
pro eadem.*

Tertio diuinarum literarum monumentis consignatum legimus Gen. 7. omnes montes, qui erant sub celo, opertos fuisse aquis diluuij, imò altiorem fuisse aquam super montes, quos operuerat, quindecim cubitis. Cum igitur paradysus terrestris in hac nostra terra situs esset, negari nõ potest cum quoque fuisse diluuij aquis

aquis coopertū, atque ad eō planē destructū, ac dissipatū, cum diluuijaque vniuersam terrā integro ferē anno obrutā tenuerint, nec potuerit paradisi ornatus sub tātis aquarū gurgitibus permanere. Quod verō paradisi ab illa generali eluione immunis euaserit, nec eō diluuijaque penetrauerint, dici nō potest, tum quia diuinā literā absolute nūciat vniuersā terrā fuisse aquis coopertā, tū quia si paradisi liber extitit, in eo potuisset Noe cū suis, & animantibus seruari, nec opus habuisset ex Dei præscepto centū annos in arca fabricatione consumere: neque Deus id sanē præcepisset, si paradisi immunē à diluio cōseruare decreuerat. Eademque ratione confutantur ea, quæ Abulensīs & alij afferunt de aquis diluuij, quæ paradisi quidem operuerint, sed in morem fornacis cit cū circa coaluerint.

Mira sunt effugia, quæ ad hanc rationū nostrarum vim effugiendam excogitarunt paradisi propugnatores. Primum enim quidam respondēt paradisi situm fuisse in regione quadā altissima à terra vsque ad eō elatum, vt lunare globum cōtingat, eamque ob causam eō non pertinuisse diluuijaquas, neque hodie posse reperiri. Quam sententiā acceperunt à Beda super 2. c. Gen. & à Magist. hi. Schol. 1. in Gen. c. 13. & Moysē Bar-Kepha tract. suo de paradiso. Idēmq; sentit Abul. q. 9. in 2. c. Gen. & 107. in 13. c. eiusdem libri. Sed hæc responsio nullā habet probabilitatis speciem quemadmodum docet D. Tho. r. part. q. 102. art. 1. ad 1. Nam ea regio neque commoda esset habitationi, neque salubritati. Deinde si tam altē situs esset paradisi, sanē esset omnibus conspicuus propter summam altitudinem, facileq; mons ille & cerni, & inuestigari potuisset. Accedit, quōd quantamcunque fingat paradisi altitudinem, non possunt cum à diluuij inundatione vindicare, cum diuinā literā doceant, Gen. 7. omnes montes vel altissimos, qui sub cælo erant, fuisse aquis diluuij coopertos. Alij eo confugiunt, vt dicant omnem terram à nobis habitatam vndique cingi Oceano, vltra quam etiam aliam ponunt immensam regionem toti Oceano circumiacentem, in eaque locatum paradisi: itaque immenso penē Oceano interfuso à terra nostra distare, atque ad eō inaccessum esse mortalibus. Quæ sententia fuit Beati Ephræm Syri in cōmentariis suis super Genesim: quod quidem opus nūc nō extat, sed citatur à Moysē Bar-kepha etiā Syro in libro de paradiso. Hanc tamen responsionem planē reuincit Lusitanorum nostrorum nauigatio, qui totum ferē Oceanū & orbem ipsum terrarum peragrarūt, nec talem terram vltra Oceanum habitatoribus vacuā reppererunt. Deinde si paradisi vltra Oceanum situs est, quomodo inde primi homines ad hanc nostram terram penetrare potuerunt? Etenim Adamum primum parentem paradiso eiectum post varias regiones peragratas tandem venisse in Iudæam, ibique mortuū sepultumque in monte, qui à posteris, quōd ibi primi hominis caput cōtineretur, Caluarie mons fuerit appellatus, vbi Christus Dominus crucifixus est, docent antiqua traditione multi, iisque nobilissimi Patres, Orig. tract. 35. in Matth. D. Cypr. serm. de resurrectione Domini, D. Athan. lib. de cruce, & passione Domini, D. Basil. in 5. c. Esai. D. Ambros. 5. epistolarum epist. 19. & in 23. c. Luca. D. Chryso. ho. 84. in Ioan. Epiphani. aduersus hæreses hæresi 46. D. Aug. serm. 71. de tempore, Bar-kepha lib. de parad. Theoph. in 27. c. Matth. & Luc 23. & Ioan. 14. Euth. in 27. c. Matth. Quam sententiam D. Hieron. et si id 27. cap. Matth. non probat, tamen in cap. 5. epist. ad Eph. non audet damnare, & in epist. ad Marcell. amplectitur. Quod verō quidam apud Moysē Bar-kepha in libro de paradiso dixerunt, Adamum tanta fuisse corporis proceritate, vt ex paradiso ad nos potuerit pedibus interiectum Oceanum transire, fabulosum est, vt aliās ostendi solet.

Alij, vt aliquid tandem dicerent, affirmarunt inuenta iam esse clarissima paradisi

†† ij

VII.

Rationes

pro parte negante vt effugiant paradisi propugnatores.

Beda.

Magist. hist.

Moyses Bar.

Abul.

Impugnatur

responsio.

Alicuius cō-

sugium.

Ephræm.

Syrus.

Adamum

sepultum in

Caluarie

monte qui

asserant.

Origenes.

D. Cyprian.

D. Athan.

D. Basil.

D. Ambros.

D. Chryso.

Epiphani.

D. August.

Bar-kepha.

Theoph.

Euthym.

D. Hieron.

Fabula circa

proceritatem

corporis

Adami.

VIII.

vestigia: etenim memoria proditum esse Regem Cambaia multorum rationibus persuasum Gangē fluvium vñ esse eorum quatuor, qui ex paradiso oriuntur, misisse, qui in scaphis, & nauigijs aduerso flumine nauigarent, eosq; post aliquot dies ad certam fluminis partē peruenisse, vbi amoenissimas, & mollissimas auras, & Fauonios fenserunt, suauissimōsq; odores, qui ex paradisi floribus afflabatur, incredibili corporū, & animorū voluptate percipisse, & cū eo loci flumē esset placidissimū, vt vix, in quā partē flueret, internosci posset, remiges tamē non potuissent vterius progredi, cū omnē nihilominus conatū, & vires remigādo cōtēderēt. Quod, inquit, magis expressū esse potuit terrestris paradisi vestigiū? quāve aliā cautam eius adhuc nō inuēti inuestigare oportet, quā diuinā ipsam prouidentia, qui eum

*Gangis origo in Caucaſo monte. Strabo.*

incognitum, & inaccessū vult esse mortalibus. Verūm hæc fictitia planē esse illud demōstrat, quod fluminis Gāgis origo hodie in Caucaſo India mōte videatur, vbi ortū habet, vt auctor est Strabo lib. 15. Quare illi, qui aduerso flumine per Gangē nauigabāt, nō potuerūt, antequā ad fontē eius peruenirēt, paradisi vestigia reperire, cū paradisi ante Gangis fontem esse non possit, qui ex ipso paradiso ortū habere credatur. Cū igitur propē Gangis fontem paradisi vestigia nulla extant, commentitium planē est, quod aduersarij de felici illa nauigatione excogitarunt. Deinde quanquam communis sit Doctorum sententia Gen. 2. per Phison eo loco intelligendum esse Gangem, per Gehon Nilum: idque etiam affirmat Epiphanius in Ancor. D. Aug. li. 8. de Gen. ad liter. cap. 7. & D. Hieron. in traditio. Hebraicis in Gen. & in ep. 4. ad Rustic. Monachum: ea tamen opinio merited quibusdam non probatur ea potissimum de causa: quia quatuor illa flumina, quæ ex paradiso originem ducunt, proculdubio vicina sibi mutuo esse debuerunt, vt potē ex vno, & eodem capite deriuata. At inter Tygim, & Euphratem, quos fluuios certum est ex paradiso exire Gen. 2. & Gangē fluvium, inter cedit spatium septuaginta graduum, hoc est, iuxta sententiam Ptolomæi, plusquam quatuor millium, & trecentorum milliariū: quod idem de Nilo dici potest, quæ interpretes cōmuniter volunt esse Gehon. Sed longior de his fluminibus disputatio ad alium locū pertinet.

*Genes. 2.*

*Epiphanius. D. Augustinus. D. Hieron.*

*Distantia in Etyrim. Euphratem, & Gangem. Ptolomeus.*

Hæc sunt, quæ pro hac parte disputari possunt, ex quibus illud saltem meo iudicio concluditur, admodum esse probabile paradysum terrestrem non extare: cui sententiæ nihil obest communis in contrariam partem antiquorum Patrum conspiratio: siquidē hæc quæstio ad fidē minime pertinet, vt initio diximus, nec etiam illa ab Irenæo commemorata traditio à Presbyteris, qui Apostolos audierunt, accepta. Etenim illi ipsi Presbyteri pleraq; omnino falsa, & cū diuinis literis pugnantia tradiderūt, vt videre est apud Iren. lib. 2. aduersus hæreses c. 39. cuiusmodi est illud, Christum Dominum annos prope quinquaginta in terris vixisse: quam opinionem testantur Presbyteri se accepisse à Ioanne, & esse Euangelio consentaneam: imo ipse quoque Iren. lib. 5. c. 5. existimauit paradysum terrestrem idcirco à Deo fuisse conseruatum, vt omnes iustorum animæ vsque ad diem iudicij, antequā Deū videant, in eo detineātur, qui fuit error Armenorum damnatus à concilio Florentino sub Eugen. 4. Quare non est, cur stultum nos torqueat ea Presbyterorum traditio, neque etiam Irenæi de paradiso sententia: quem ipse loco proximè citato putauit esse tertium illud cælum, in quod raptus fuit Apostolus. Cism verò obiicitur illud Eccl. 44. Enoch placuit Deo, & translatus est in paradysum: primo responderi potest, Græcè non haberi eam vocem paradysum. Deinde propter editionis vulgaræ auctoritatem dicimus paradysum eo loco non significare paradysum illum terrestrem, in quo primi parentes fuerunt, sed amœnū aliquē locū: ea enim est eius vocis germana significatio, vt patet ex Cant. 4. Emissiones tuæ paradysus matorum

*Irenæus. Presbyteri Apostolorum Auditores multa falsa tradiderunt Conc. Flor.*

*Eccl. 44. 15. Diluuntur argumenta pro parte affirmant. Cant. 4. 13. Eccl. 2. 5.*

lorum

lorum puniceorum: & Eccl. 2. feci mihi hortos, & pomaria, Græcè; paradisos. Deniq; respō-  
deri potest, cū Enoch ampliùs sexcentis annis ante diluuiū suerit, primū quidem  
fuisse in paradisum illū terrestrem translātū, ibique vixisse vsque ad diluuii tem-  
pus: cum verò diluuiū orbem inuasit, miraculosè à Deo super ipsos aquarum vor-  
tices conseruātū, finitō que diluuiō in loco amenissimo nobis incognito, vbi nūc  
agit, collocatū. Et quidem Rup. lib. 3. de oper. Trin. c. 33. disertis verbis cōfite-  
tur nusquā in sacris literis legi Enoch fuisse translātū in paradisum illū terrestrem, in  
quo primi parentes fuerūt: idque ipse etiā affirmat. Si quis verò nobis obiiciat eo  
modo, quo dicimus Enoch, & Heliā esse in loco nobis incognito, eodem quoque  
dici posse paradisum terrestrem facile posse in loco aliquo abditissimo nobis in-  
cognito celari: respondendum est disparē esse rationem. Primum, quia multò est  
facilius duos homines in vniuerso orbe abscondi, quàm paradisum terrestrem,  
quem magnum aliquod terre spatium occupasse verisimile est, & multò maius,  
quàm faciat Abul. q. 98. super 13. c. Gen. vbi putauit eius longitudinem fuisse triū,  
aut quatuor leuicarū, ambitum verò circiter duodecim. Occupasse namque ma-  
gnum aliquod spatium ex eo non obscurè colligitur, quòd Gen. 2. dicitur fluuius  
fuisse ad irrigandum paradisum ita magnus, vt in quatuor magna flumina diuide-  
retur. Deinde, quia Enoch, & Helias, nō cōstat, quo loco viuāt, neq; vbi terrarum  
à Deo conseruetur. Vnde facile quis ea quæstione se expedit, dicens locū, in quo  
sunt, ignotū esse mortalibus: at paradisum terrestrem in Oriente fuisse circa Me-  
sopotamiā, & Armeniā superiùs ostendimus. Quare si extat, cogimur eo ipso lo-  
cō eius vestigia demonstrare: quæ tamen nullæ, nec etiā obscurissima apparent.

Diximus, quæ nobis in hac celebri controuersia in vtrāque partem executienda  
videbantur, quæ etiā Diuinis literis magis essent consentanea, & negatē quæ-  
stionis partem probabilem admodum efficerent: quam quidem existimamus suc-  
cessu temporis esse plurimū Doctorum suffragiis, consensuque falcidam: sed in-  
terim propter antiquorum Patrum, quibus multum est in omni genere tribuen-  
dum, auctoritatem responderi potest ad argumenta proposita. Paradisum quidē  
in Oriente esse circa Mesopotamiā, & Armeniam, vt probatum est, pertinuis-  
que eo diluuii, quas, sed eas in morē fornicis, & quasi camerati operis paradisi cō-  
seruandi gratia coaluisse: itaque ibi nunc esse Enoch, & Heliam. Cur verò eius ve-  
stigia non appareant, illam esse rationem præcipuam, quòd velit nimirum Deus  
eum locum absconditum, & celatum esse mortalibus, ita vt ne à vicina quidem  
incolentibus cerni, ac reperiri queat: quòd possint duo illi Heroes extrema mundi  
tempora præstolantes quiete sua frui, & contemplationis sublimitate. Etsi video,  
quàm inhumum sit hoc genus defensionis, cum te sentis vrgeri, ad potentiam Di-  
uinam, & extraordinaria, ac minimè credibilia miracula prouocare. Atque hæc  
de presenti controuersia dicta sufficiant.

Vtrum Enoch, & Helias venturi sint temporibus Antichristi?

SECTIO VI.

Respondemus non posse absque errore in fide negati venturos Enoch, & He-  
liā temporibus Antichristi. Cuius veritas probatur primo ex hoc ipso capite,  
in quo Ioannes disertè loquitur de duobus quibusdam testibus, quos ait à bestia  
ascendente de abyssō occidendos: esse autem nomine horum duorum testium ac-  
cipiendos Enoch, & Heliā, & per bestiā ascendentem de abyssō Antichristum, cō-  
munis est interpretū expositio: in quibus sunt Beda, D. Anselm. D. Thom. Aret. in  
comm huius loci, Diuid. Gregor. libr. 9. Moral. cap. 3. & homil. 12. super Ezech.  
Præterea de Enoch legimus Eccl. 44. Enoch translatus est, vt det Gentibus penitentiam:

¶¶ iij

Rupert.

Obiectio.

Solutio.  
Paradisus  
terrestris  
quàm magis  
occupauerit  
spatium.  
Abulens.  
Gen. 2.

X.

Respondetur  
argumentis  
pro parte ne-  
gantē.

I.  
Antichristus  
bestia ascen-  
dens de abyssō.  
Beda.  
D. Anselm.  
D. Thom.  
D. Gregor.  
Eccl. 45. 15.



Septuag.  
Malac. 4. 5.  
Ecc. 48. 9.  
Mat. 17. 10.  
Venturos  
Enoc, & He-  
liam tempo-  
ribus Anti-  
christi, com-  
munis est Pa-  
trum tradi-  
tio,  
Tertull.  
Iustin. Phil.  
Origenes.  
D. August.  
D. Chrysost.  
D. Hieron.  
Dorotheus  
Theodor.  
Lactant.  
D. lo. Dam.  
Prosper.  
D. Gregor.  
D. Ambros.  
Iulian. Pom.  
Beda.  
D. Anselm.  
D. Thom.  
D. Hilar.  
Victorinus.

sic enim habet nostra translatio, quamquam Græcè sit: *In exemplis panitentia generationibus*, quod tamen eodè recidit. De Helia autè multò luculètius Mal. 4. *Ecce ego mitto vobis Heliam Prophetam, ante quem veniat dies Domini magnus, & horribilus: qui locus proculdubio de Helia, nõde Ioanne Baptista accipiendus est, cum ibi de extremis mundi temporibus dissecuratur. Idèmq; dicitur Eccl. 48. Helias receptus est in turbine ignis* Christus Dominus id apertè significauit Matth. 17. cum interrogantibus discipulis: *Quid ergo scriba dicunt, quia Heliam oportet primum venire?* respondit, *Helias quidem venturus est, & restituet omnia*, Quibus verbis certum est non indicasse Ioannem Baptistam, siquidem is iam venerat, nec dici poterat adhuc venturus. Neque ipse restituisse dicendus est omnia: si quidem eius testimonium non fuit receptum à Iudæis. Denique hæc fuit semper Catholicæ Ecclesiæ sententia, & antiquissima traditio, quam Patres omnes secuti sunt, veluti Tertull. lib. de anima cap. 35. & 50. Iustin. Philos. & Mart. in Dial. cum Tryphone Iudæo, Orig. tom. 7. in Ioan. D. August. lib. 20. de Ciu. Dei cap. 29. & lib. 9. de Gen. ad lit. cap. 6. & tract. 4. in Ioan. D. Chryl. hom. 58. in Matt. & homil. 4. in 2. epist. ad Thessal. D. Hieron. in comm. super Matt. c. 11. & 17. Dorothe. in Synopsi, Theod. super. 12. cap. Dan. & super 4. Mal. Lact. lib. 7. Diuin. instit. cap. 17. D. Ioan. Damas. lib. 4. fid. Orthod. c. 27. Prosper. in tract. quem appellauit *Dimidium temporis*, cap. 13. D. Greg. hom. 12. super Ezech. & lib. 9. Mor. c. 3. D. Ambr. super epist. 1. ad Cor. cap. 4. (si eius summi commentarij) Iulian. Pomerius lib. 1. contra Iudæos, Beda, Anselm. D. Thom. in 11. c. Apoc. tametsi D. Hilar. Canone 20. in Mat. & Victorinus in 11. cap. Apoc. putarunt Enoch non futurum secundi aduentus Christi præcursores.

Utrum Moyses, & Hieremias futuri sint secundi aduentus Christi præcursores.

### SECTIO VII.

1.

**A**D finem præcedentis capituli iam de Ioanne Euangelista disseruimus, ostendimusq; eum non vèturum temporibus Antichristi: hoc in loco nobis illud tantum superest, vt Moysen, & Hieremiam eo etiã onere contra nonnullorũ sententiam liberemus. Nam quod ad Moysen attinet, D. Hilar. Can. 20. in Mat. Ioã. Arboreus lib. 11. suæ Theolophiæ cap. 11. Cathar. in suis Comen. super Gen. c. 3. & Abbas Ioach. in 11. ca. Apoc. existimarũt eum adhuc viuere, futurũque simul cũ Enoch, & Helia præcursores secũdi aduentus Christi. Idèmq; sentit Gagnæus in cõm. huius capituli: quanquã enim illum iam obiisse fateatur, nihilominus existimat à mortuis eo tempore excitandum, & sese Antichristo oppositurum. Nitũtur hi auctores hanc suam cõfirmare sententiam ex eo, quòd Ioannes hoc ipso capite loquens de duobus illis testibus, qui tempore Antichristi futuri sunt, subiungat: *Hi habent potestatem super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga.* Quibus verbis volunt proculdubidè indicatum fuisse Moysen, cui nimirum eam potestatem datam diuinitus legimus Exod. 7. & seq. Quod verò spectat ad Hieremiam, eum quoque iisdem Antichristi temporibus vèturum sentit Viçt. in cõm. huius capituli, eamque fuisse multorum sententiam testatur D. Hilar. canon. 20. in Mat. Potèst que suaderi primũ, quia plerique ex veteribus, vt auctor est Viçt. putant Hieremiam adhuc viuere, cum eius mors nõ cõmèmoretur in sacris literis. Deinde, quia id vidètur indicare verba illa Hier. 1. *Antequam exires de vulua sancti ipecauit te, & Prophetam in gentibus dedi te,* cum Hier. nõdũm Gentibus, sed solis Iudæis prophetauerit, relinquitur expectandum esse tempus, quò Gètib; prophetent: quod aliud, quam in acerbissima illa Antich. persecutione excogitari nõ potèst.

Nihil.

Moysen ad-  
huc viuere  
qui putarunt.  
D. Hilar.  
Ioan. Arb.  
Catharin.  
Ioachimus.  
Gagnæus.

Exod. 7.  
Victorin.  
D. Hilar.  
Venturum  
Hieremiam  
Antichristi  
temporibus  
sentit Victo-  
rinus.  
Figrem. 15.

Nihilominus vtraque de Moysē, & Hieremia sentētia est omnino improbabilis ea potissimum de causa, quod vterque sit iam vita functus, atque a deo eorum anima beatifico Diuinæ essentia cōspectu perfruatur, quas iterum ad corpus mortale, & communem cum hominibus consuetudinem redituras prodigiū est nullo pacto credibile. Quod enim Moyses obiicit, est de fide, cum sit expressum Deut.

34. *Ascendit Moyses super montem Nebo, mortuusque est ibi Moyses seruus Domini, in terra Moab iubente Domino.* Quod intelligendum esse de morte corporali manifestum est ex Deut. 32. Vbi illi dictum fuerat à Domino: *Iungeris populis tuis, sicut mortuus est*

*Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus est populis suis.* Certum est autem Aaron mortuum fuisse corporali, ac vera morte. Accedit, quod eodem cap. 34. Deut. dicitur Moyses sepultus illis verbis. *Et sepelivit eum in valle terra Moab contra Phogor,*

*& non cognovit homo sepulchrum eius usque in presentem diem.* Quam eandem ob causam Michaël altercabatur cū Diabolo de Moyfi corpore, vbi nimirum sepultum esset: quemadmodum testatur Iudas Apostolus sua epist. canon. Cur verò Deus voluerit ignotum esse hoc eum, vbi sepultus iaceret, eam affert rationem D. Chryf.

hom. 1. in Matt. ne videlicet Hebraei corpus eius tanquam Diuinū quiddam adorarent. Ex dictis iam colliges planè errasse Doctores initio citatos, dum putarunt Moysen nondū diem suum obiisse: in quo etiā errore fuit D. Ambr. li. 1. de Caim, & Abbel. c. 2. quem etiam indicat D. Greg. Nyss. in lib. de vita Moyfis, & D. Hier. super illa verba Amos. 9. *Qui edificat in celo ascensionem suam.* Falsum etiam est illud, quod plerique sibi persuaserunt, Moysen quidem obiisse, sed statim resurrexisse, quæ opinio fuit R. Samuelis in lib. de aduentu Messia c. 17. & nō obscurè refellitur ex epitola Iudæ, quæ indicat eo tempore adhuc iacuisse corpus Moyfis in sepulchro. Eodem testimonio facile probari potest eum non resurrexisse in transfiguratione Domini, quemadmodum videtur credidisse D. Hier. super c. 17. Matt. & auctor libri de mirabilibus sacrae Scripturae (qui falsò tribuitur D. Aug.) lib. 3. c. 10. Contrariū enim longè esse probabilius docent Lyran. super 17. c. Matt. Abul. q. 54. & 55. super idem c. & D. Tho. 3. p. q. 45. art. 3. ad 2. vbi conatur exponere Hier. eo sensu, vt velit non resurrexisse Moysen per veram vnionem animæ ad corpus, sed per corpus aliquod assumptū, in quo veluti resurrexisse videbatur. Ex his manifestū relinquitur Moysen non venturum esse Antichristi tēpore, contrariamq; opinionem omnino esse improbabilem: vt mirari satis nō possim Ioannē Maldonatum in c. 17. Matt. ausum fuisse damnare non solū temeritatis, sed etiā impudentiæ cōmunicem hanc, quā secuti fuimus, sententiā, & magis consentaneā Diuinis literis esse cōfirmauimus: in quo quidem auctore laudo eruditionem, atq; doctrinā sed moderatiōre interdū in refellēdis aliorū opinionibus censurā requiro.

Quod verò attinet ad Hieremiā, quamquam eius obitus non exprimitur in sacris literis, disertè tamē traditur à D. Epiphano in lib. de vita, & obitu Prophetarum, & Dorotheo in Synop. docetq; Epiph. eū in Ægypto à plebe lapidibus obrutum occubuisse, sepultūque fuisse eo ipso loco, in quo Rex Pharaon habitauerat: eamque ob causam Ægyptios eundē locū magna religione coluisse, vbi pluribus se officijs ab illo adiuuari cognouerunt. Aspides enim, & crocodili, qui eos interimebant, postulationis Hieremiæ beneficio ex illis finibus sunt profligati: *Et qui hodie, inquit Epiph. ad huc fideles comperiuntur, eodem in loco supplicare consueverunt, sumptuque puluere a spidum morsibus medentur.* Igitur quæ pro aduersa parte afferebantur, nihil planè conficiunt: quamquam enim, cum dicitur dādam illis duobus testibus potestatem conuertiendi aquas in sanguinem, ad Moysen allusionē fieri concedamus, non cōtinuò cogimur confiteri de eo sermonē esse: sed illud tantū indicari similē quoque potestātē Enoch, & Helix tribuendā. Quod verò pro Hie-

II.  
Moyses, & Helias iam vita functi.  
Deut. 34. 1.

Deut. 32. 50  
Deut. 43. 6

Iud. 1.  
Moyses sepulchrum ignotum esse, cur voluerit Deus.

D. Chrysof. D. Ambr. D. Gregor. Nyss. D. Hieron. Amos 9. 6.

R. Samuel. Moyses non surrexit in Dominica transfiguratione D. Hieron. Auctor libr. mirab. Lyran. Abulens. D. Thom.

Moysen ad huc viuere qui putauerunt.

III.  
D. Epiph. Hieremia mors, & sepulchrum.





tionis, quæ erat pinguiſſima, & vberriſſima, in quo genere Eccleſiam repræſentavit à Chriſto Domino fundatam *in cornu*, id eſt, in regno, & potentia: nam Zach. 1. quatuor cornua quatuor potentiſſima regna demõſtrant: vel etiam *in cornu*, id eſt, in loco forti, atque ſublimi. Dicitur etiam *Filius olei* propter pinguedinem: dedit enim Chriſtus operibus noſtris pinguedinem, hoc eſt, pretiũ, & vim mercedi per gratiam, quam noſtris mentibus infundit. Quarta eſt, quia quemadmodum oliua nunquàm folia deſtuunt: ita excellentibus quibuſq; Sanctis nunquàm deperit pulchritudo bonorum operum, iuxta illud Pl. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non deſuet.* Idem dicitur Hierem. 17. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: & erit quali lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit, cum venerit æſtus, & erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructũ.* Eodẽ pertinet illud Olex 14. *Ero quali ros: Iſraël germinabit ſicut lilium, & erumpet radix eius ut Libani, & erit quali oliua gloria eius: etenim gloria oliua ea eſt, ut ei folia nunquàm excidant. Sed obſervanda eſt etiã eiusdẽ loci apud D. Hier. expoſitio. Ero, inquit, eis quali ros, ut fornacem Babylonicã, & caminiũ æſtuantis incendiũ meo rore reſtingã: Dominus enim nobis, qui indigemus eiſuſiſſimã misericordia, & peccatorũ febribus æſtuamus, in rore convertitur. Cum autẽ nos Dominus ſuo rore reſperſerit, germinabimus, imò florebitur ſicut lilium, & mittemus radices noſtras ſicut arbores Libani, quæ quãtũ in aũtus coſurgunt vertice, tantũ radice in ima demergunt, ut nulla tẽpeſtate quatiantur.*

Quinta ratio eſt propter pacem, quæ per oliuam ſignificatur: unde columba illa, quam emiſit Noẽ, & quæ rediens ramum oliuæ virentibus foliis in ore geſtauit Gen. 8. Spiritum ſanctum deſignavit, qui ceſſantibus aquis perſecutionum pacem in Eccleſiã inferit, ut eo loco interpretatur Beda. Quoniam igitur Enoch, & Helias eo tempore perſecutionem Antichriſti ceſſaturam, pacẽmque prædeſtinatis, & Eccleſiæ ſucceſſuram, appropinquantẽmque Sanctorum gloriam denuntiabant, meritò cum oliuis conferuntur. Sexta, & poſtrema propter misericordiam, quam etiam oliua ſignificat: etenim Sancti omnes misericordię operibus ſtudent, eãque potiſſimum acerbiffimo illo tempore Enoch, & Helias exercebunt. Quam ob cauſã meritò credi pot eſt figuratos eos fuiſſe in duobus illis Cherubim, quos Rex Salomon fecit in oraculo de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis, textitque auro. 3 Reg. 6. Enim verò Cherubim ſignificant viros doctri-na, ac moribus excellentes, qui de lignis oliuarum efformati deſcribuntur, hoc eſt, misericordię, & charitatis operibus quodammodo confecti, decem cubitorum altitudinis propter decem præceptorũ non vulgarem, ſed perfectam obſervationem: erant enim texti auro, quia misericordia, ut perfecta ſit, debet charitate fulgere. Eodẽm etiam adumbrantur duo illa oſtiola Sancti ſanctorũ, quæ etiam de lignis oliuarum ibidem fuiſſe commemorantur. *Et in ingreſſu*, inquit, *Oraculi fecit oſtia de lignis oliuarum: Sancti enim ſunt veluti oſtia, per quæ nobis ad Sancta ſanctorum celeſtia aditus aperitur. Illud nõ prætereundum in cuiſmodi oſtiis fuiſſe picturas Cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valdẽ prominẽtia, ſignificaturque in Sanctis reperiri Cherubim, id eſt, rerum Diuinarum ſcientiam: ſculpturas palmarum, id eſt, victorias de ſpiritualibus hoſtibus reportatas, anaglypha etiam prominentia, id eſt, virtutes perfectiſſimas, & ſeſe foris oſtentantes, fundentẽſque in alios per exemplum, potiſſimumque per misericordię opera: ſiquidem ea anaglypha ex ipſo ligno oleagino, quod ſymbolum eſt misericordię, prominebant. Poſſumus etiam lic interpretari non carere myſterio, quòd in ipſis oſtiis Sancti ſanctorum deſcripte fuerint palme, ut nimirũ quiſquis in Sancta ſanctorũ celeſtia*

penetrare contendit, cogitet sibi prius esse cū hostibus dimicandū, consequēdāque victoriarū palmas, iuxta illud 2. Tim. 2. *Non coronatur, nisi qui legitime certauerit.*

Quod verō ad candelabri appellationē pertinet, dicuntur Enoch, & Helias candelabra, quia Christum verum lumen tanquam candelabra omnibus præferēt, & ostendent: quod enim Christus lumen sit, dixit Simeon Luc. 2. *Lumen ad reuelationē Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Obseruandū est etiam meritō oliuam cum candelabro adhibere, nec solūm Enoch, & Helia candelabris, sed etiam oliuis conferri: quoniā semper oleū habebunt, quo luceant. Cum enim oliuæ sint, nunquā ex defectu olei eorū lumen extingui poterit, nec opus habebūt illud cū fatuis virginibus dicere prudentibus: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguitur.* Matt. 25. Quam eandē ob causam Zach. 4. duæ illæ oliuæ ad dexterā, & sinistram candelabri apparuerunt. Quod autē Sancti sint candelabra, habes mysticē expressum 3. Reg. 7. vbi ita legimus: *Fecitque Salomon candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra Oraculū ex auro puro: & quasi liliū flores, & lucernas desuper aureas, & forcipes aureos.* Etenim candelabra aurea Sancti sunt charitate fulgentes, qui corda, & corpora ferendis Domini mandatis tanquā lucernis subiiciunt: quisquis enim Diuinitate sese mādatis subiicit, quasi candelabrū est aureū lucernam gestās auream, iuxta illud Ps. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Flores liliij, in quos candelabra definebant, amoenitate patris celestis significant, quos candelabra desuper gerūt, quia Sancti celestia tantū bona appetūt: aut certē liliij flores castitate exprīmūt, quæ in Sanctis debet præcipuē eminere. Deniq; plenū mysterij est, quod forcipes etiā erant aurei: forcipibus enim Prælati, & Prædicatores adabrantur, quorū est fidelium lucernas emungere obiurgando vitia, lumenque virtutum magis illustrando. Quoniam verō ij, quorum est officium alios emendare, perfectissimi esse debēt, ne eis dicatur illud Apostol. ad Rom. 2. *In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas:* idcirco etiam forcipes aurei fuisse commemorantur.

Quanto tempore durare debeat Enoch, & Helia prædicatio?  
Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta.

## SECTIO IX.

I. DE tempore, quo Enoch, & Helia prædicatio duratura est, sic à Deo Ioan. instruitur. *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta:* qui dies conficiunt ex annis nostris vulgaribus tres annos cum dimidio viginti diebus minis. Quod si sermo esset de mensibus lunaribus, quibus Hebræi utebantur quorum vnus alternis vicibus continet viginti nouem dies, alter triginta: proculdubid eorum prædicatio excederet tres annos cum dimidio. Quia tamen probabilius est Ioan. qui Gentibus scribebat, de annis & mensibus iuxta Græcorum, Romanorū, aliarumq; Gentium consuetudinem fuisse locutum: relinquitur prædicationem Enoch, & Helia duraturā, vt diximus, tribus annis cum dimidio viginti diebus minis. Etenim tres anni cum dimidio completi, & perfecti continent dies mille ducentos octoginta. Nec verō quemquam moueat illud Dan. 12. *A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta:* etenim eo loco non est sermo de prædicatione Enoch, & Helia, sed de persecutione Antichristi, quæ durare debet tres annos cum dimidio, seu, vt hoc ipso cap. dicitur, menses quadraginta duos, quod idē est. Cur verō toto eo tempore debeat perdurare eorum prædicatio, duplex ratio afferri potest. Vna est ea, quā tradit Beda, vt fideles alienissimis illis temporibus presentissimo horum duorum insignium virorū præsidio animentur, & fulciantur: sic enim

Quot dies  
continuerunt  
Hebræorum  
menses.

Duratio præ-  
dicationis  
Enoch, &  
Helia.

Beda.

enim Deus solet tribulationes, quas immittit, consolationibus temperare. Eandem ob causam voluit Ezechiel simul cum populo Babiloniam duci captivum, & Hierosolymam esse tempore obsidionis, & eversiois urbis. Cuius naturae suae ad misericordiam proclivis etiam in rebus naturalibus argumentum praebuit: etenim, ut scribit Plinius. li. 29. c. 4. viperam caput impositum ab eo percusso prodest: item si quis exusta eius cinerem illinat: & in uniuersum ubi cumque reperitur venena, ibi etiam eorum remedia, & antidota, Deus nasci voluit. Idcirco Ezech. 1. in medio ignis, qui obsidionem urbis, eiusque conflagationem exprimebat, electrum suae misericordiae tanquam antidotum collocauit: *Et de medio, inquit, eius, id est ignis tanquam species electri: ut indicaret in medio illarum tribulationum, & calamitatum, quibus opprimendi erant Iudaei a Nabuchodonosor se instar electri residere, ut eos misericordia sua, & consolatione recrearet: vnde Paulus 2. Cor. 1. eodem sensu dixit: Sicut abundans passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.*

Tribulationes consolationibus temperat Deus.

Plinius.

Vbi venena, ibi est antidota nascuntur. Ezech. 1. 4.

2. Cor. 1. 5.

Alteram rationem mittendi eo tempore duos eiusmodi viros non minus misericordia redundante inuissibile Dominus constituitur, Mal. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniat Dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres: ut ne forte veniam, & percussa terra anathemate: hoc est, mittam Heliam, ut conuertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, ut qui tunc increduli fuerint, eadem fidem accipiant, quam antiqui Patres habuerunt: & ita patres, & filij se ipsos mundum diligant: Ne percussa terra anathemate, id est, separatione sempiterna. Cernis Dei misericordiam eo spectare, ut ne cogatur impios punire, & idcirco missurum Enoch, & Heliam, ut homines praedicatione sua conuertant, & ira Diuinae subtrahant. Simili affectu dixit Dominus Exo. 33. *Mittam praecursorem tuum Angelum. Non enim ascendam tecum, quia populus durus ceruicem eius, ne forte disperdam te in via.* Itaque modis omnibus vitat Dominus occasiones puniendi: Aduerte etiam recte dici: *Ne percussam terram anathemate: etenim qui Christum non amat, dignus est, qui anathemate feriatur: quem admodum dixit Paulus, 1. Cor. vlt. salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Maran Atha, hoc est, sit separatus a Deo, atque damnatus, donec veniat Dominus, seu in aduentu Domini: interpretatur enim Maran, Atha, Dominus venit. Quare Apostolus, ut Anselmus aduertit excommunicat eum, qui non amat Christum usque ad diem iudicij, ut tunc, si Christo placuerit, communionem recipiat, qui anathematizatus fuerat. Quonia vero Maran Atha, id est, ac Dominus venit in praeterito tempore, ut obseruauit D. Chryf. illud est maxime adnotandum Apostoli ratione, cur anathema denuntietur illis, qui non amant Iesum, eam afferre: quod ipse iam venit, videlicet in humilitate ad saluandum, ut nulla possit esse non diligentibus excusatio. Itaque Christi Domini aduentum, & passionem usque ad ad amorem conciliare, ut venia dignus non sit, qui eum non amauerit. Annotauit postremo Theodoretus significari in eisdem verbis zelum Apostoli cupientis, ut omnes Christi amore ardeant. *Qui corpora, inquit, amant, nullum volunt habere amoris socium: Apostolus autem omnes in amore riuales habere desiderat, & qui tales non sunt ab Ecclesia resecat.* Eandem Diuini amoris naturam declarant verba illa scripturae Cant. 1. *Trahem te: curremus in odoribus unguentorum tuorum: nec enim dixit, curram, sed, curremus, quasi diceret: Si me unam trahas post te, ego filias omnes Hierusalem ad te etiam sequendum incitabo: itaque non sola curram, sed omnes curremus, quia cupio omnes in tui amorem incitari.***

III.

Mal. 4. 5.

Occasiones puniendi vitat Dominus

Exod. 33. 2.

1. Cor. 16. 21

Qui Christum non amat, dignus est, qui anathemate feriatur. D. Anselm. D. Chrysof.

Paulus zelus de amando Christo. Theodor.

Cant. 1. 4.

Cur Enoch, & Helias amici facis praedicare debeant?

Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amici facis. SECTIO X.

Non dubium, quum hoc intelligendum sit, ut verba sonant, verumque Enoch & Helias induti facis debeant incedere toto suae praedicationis tempore, ut



non solum verbo, sed etiam ipso habitu pœnitentiam præferant, doceantque mortales viam promerendi Deum. Est enim laccus pœnitentium habitus: vnde est illud Iob 16. *Saccum confusi super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.* In quem locum D. Greg. lib. 13. Mor. c. 9.

Saccus pœnitentium habitus.  
Iob 16. 16.  
D. Gregorius

Quid in sacco, inquit, & cinere, nisi pœnitentia: quid in cute, & cinere nisi peccatum carnis debet intelligi? Cùm ergo aliqui post lapsum carnis ad pœnitentiam redeunt, quasi laccus super cutem confuitur, & cinere caro operitur. Etenim culpa carnis per pœnitentiam tegitur, ne in districti iudicis examine ad ultionem videatur. De pœnitentia etiam sua loquebatur Regius vates, cum dicebat: *Conuertisti plantam meam in gaudium mihi: confidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia, hoc est, Soluisti cilicium, vestem nimirum lugentium, & pœnitentium, qua me indueram, lætiumque meum in gaudium conuertisti.*

Pœnitentia tegit peccata  
Psal. 29. 12.

## II.

Enoch, & Helias induiti sacco cur prædicabunt? Pœnitentia iram Dei sedat.  
Exod. 33. 5.  
R. Salom.

Duas autem potissimum ob causas Enoch, & Helias induiti sacco prædicabunt, quæ illis temporibus maxime aduersus impios desæuier, mitigandam: nihil est enim, quod magis Dei iram sedet, quam pœnitentia, eiusque etiam in exteriori habitu, victuque argumenta: quo sensu accipiendū est illud Exod. 33. vbi post peccatū populi cōmemoratū de adoratione vituli dixit Dominus ad Moysen: *Loquere filiis Israel: Populus duræ cervicis es: semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatū tuū, ut scia quid facia tibi. Deposuerunt ergo filij Israel ornatū suū à monte Oreb.* Et quidē Rab. Salom. per ornatū hoc loco intelligit coronas, quas sibi Principes populi imposuerunt die illo, quo data fuit lex. *Tūc enim, inquit, populus fuit Deo desponsatus per susceptionē legis, & idcirco fuerunt coronati. Principes nomine populi instar sponsæ: quas coronas nunquam amplius deposuerunt, sed post adoratione vituli ad eorū confusionē, & humiliationē, & quandā veluti adulteræ sponsæ repudiationē præcepit eis Deus, ut eiusmodi coronas deponerent.* Verūm hæc lūo more nugatur R. Salom. Alij de tabernaculo accipiunt, vt scilicet Deus præcipiat deponere ornamenta tabernaculi: sed cū mox de tabernaculo sanciat, nō est, cur per ornatū eo loco ornāmēta tabernaculi intelligamus. Quare existimamus fuisse pretiosas vestes, quibus populus lætabundus erat indutus, quibusque exornatus in signū lætitiæ vitulū aureū adorauerat, & festū egerat: quas Deus exui mandauit tanquam iratus Dominus, qui seruū, quem verberare instituit, nudari præcipit. Vnde rectè subiungitur: *Et sciam, quid facia tibi.* Itaque volebat Dominus (vt egregiè annotauit Hieron. ab Oleast.) vt Israël nudum, & spoliatum vestibus illi se verberibus, ac flagris cædendum præsentaret, seseque, illa humiliatione, & pœnitentiæ habitu ob idololatriæ crimen commissum reprehenderet: quò nimirum videns Deus eum sic humiliatum, & paratum ad verbera, misericordia commoueretur, atque peccatum remitteret: tantum est præferre pœnitentiæ imaginem: Eandem ob causam dixit ad Esai. 3. Reg. 21. *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui.* Quid autem est, quod vidit Deus in Achab impiissimo, cur eum ita laudauerit? Non sanè aliud, quam cilicium, quò carnem cingebat, & saccum, in quo dormiebat: & quò dimisso capite ambulabat, vt ibidem dicitur. Itaque Achab exteriorem tantum pœnitentiæ formam gerens iram Dei quoad supplicium suis diebus inferendum mitigauit, eique in eo vili amictu speciosus, & gratiosus apparuit. Hæc est igitur prima ratio, cur Enoch, & Helias in sacco prædicare debeant, vt eo habitu, & amictus asperitate iratum Deum peccatoribus concilient.

Hier. ab Oleast.

3. Reg. 21. 29.

## III.

Altera ratio est, pœnitentiam, quam prædicatum sunt verbo, opere quoque exerceant, & ita potentius, ac facilius eam hominibus persuadeant: nihil enim in prædicatoribus,

catoribus, & prælatiſſis efficacius, & ad perſuadendū vehemētius excogitari poteſt, quā ſi præſent ipſi, quod prædicant. Eam enim etiā ob cauſam Ioan. Baptiſta prædicaturus pœnitentiā in vultu ipſo, & veſtitu pœnitentiā coluit: vnde merito ſe vocem eſſe dixit, quia totus erat vox quædam, quæ alijs pœnitentiā ſuadebat. In cuius rei figurā ex limbo ſuperhumeraliſ ſummi Sacerdotiſ pœdebāt tintinnabula: quia nimirum ipſe etiam veſtitus prædicatoſ, ipſaq; viuēdi ratio debet eſſe vocaliſ, virtutiſq; & ſanctimoniā perſonare, quemadmodū obſeruauit D. Hier. ad Fabiolā de veſte Sacerdotali. *Tanta, inquit, eſſe debet ſcientia, & eruditio Pontificiſ item. Dei, vt egreſſu eiſ. & motu, & vniuerſa vocalia ſint: veritate mente concipiat, & toto eam habitu reſonet, vt quicquid agit, quicquid loquitur, ſit doctrina populorum: abſque tintinnabulis enim, & diuerſiſ coloribus, & gemmũ, ſtoribꝫ que virtutiſ nec ſancti e ingredi poteſt, nec nomen Antichriſti poſſidere.* Hæc ille. Vnde Regius Prophetæ D. D. ſum quoque ipſum ad præſtandū, quod præcipit, exhortatur, quo facile poſſit ſubditos ad ſui amorē, ſuorūq; præceptorū obſeruatiōē pertrahere, cum ait: *Exurge Domine Deus in præcepto, quod mandaſti, & ſynagoga populorũ circumdabit te: hoc eſt, Præſta, quod faciendū alijs præcepitiſ: ſic enim omneſte vt Principē colent, & tua omnia iuſta facile exequētur.* Ita præter alioſ hunc locum intellexit D. Auguſt. in comm. in Pl. *Humilitatem, inquit, præcepitiſ, humiliter appare: & tu prior imple, quod præcepitiſ, vt exempliſ tuſ vincentiſ ſuperbiam non poſſideantur a Diabolo, qui aduerſus tua præcepta ſuperbiam perſuaſit dicens: Manducate, & aperientur vobis oculi, & eritiſ tanquam Dii.* Hæc Auguſt.

Prædicatorum exemplum.

Exod. 39. Pontificiſ item.

D. Hieron.

Pſal. 7. Exempliſ tuiſ.

D. Auguſt.

Gen. 3. 5.

De miraculiſ, quæ Enoch, & Heliaſ edituri ſunt toto ſuæ prædicationiſ tempore.

SECTIO XI.

Quoniam grauiffima futura eſt Antichriſti perſecutio, potiſſimū verò propter ſigna, & prodigia mendacia, vt ait Pauluſ 2. Theſſ. 2. quibuſ doctrinam ſuam perſuadere conabatur, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi, quæ admodum Chriſtuſ denunciauit, idcirco miſericors Deus, qui non ſinit quæquam vltra vires tentari, ſummo conſilio prouidit, vt Enoch, & Heliaſ toto ſuæ prædicationiſ tempore, hoc eſt, mille ducentiſ ſexaginta diebuſ veram Chriſti fidem non ſolū verbo ſtatuant, ſed etiam illuſtriſſimiſ miraculiſ confirmet, atque ad eò validiſſimam illam Antichriſti mendacium ſignorū machinam omnino labefactent. Quoniam verò ea miracula futura ſunt, Ioanneſ illiſ verbis explicauit: *Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluuiæ diebuſ prophetiæ ipſorum: poteſtatiſ habent ſuper aquaſ conuertendi eaſ in ſanguinem, & percutere terram omniſ plaga, quotieſcunq; voluerint. Et ſi quiſ voluerit eũ nocere, igniſ exiet de ore ipſorum, & deuorabit inimicoſ eorū: quæ ad conſolationem fidelium ſigillatim libet exponere.*

Primum igitur habebūt poteſtatē claudendi cælū, hoc eſt, vt ſtatim exponitur, prohibēdi pluuiā, quemadmodū iam ante Heliaſ cōceſſum fuerat. Promiſit enim illi Deus non futurā pluuiam, niſi cū ipſe petiſſet, itaque non pluit tribuſ annis, & menſibuſ ſex. Ea verò promiſſio colligitur ex illiſ verbis Heliaſ 3. Reg. 17. *Fuit Deus Iſrael, in cuiuſ conſpectu ſto, ſi erit annuſ huſ roſ & pluuiæ, niſi iuxta orũ meiſ verba.* Qua de re eſt elegantiſ ſerm. D. Chryſ. in Heliam Prophetam tom. 5. Quid ergo in terris diuiniſ, & ad fidem aſtruendā efficaciuſ cogitari poteſt, quā duoſ reperiſ homineſ Antichriſti tēpore Chriſti ſamuloſ, qui cælū, & terrā moderētur, habeantq; vt cū Ioanne loquamur, cæli ipſiſ clauē ad cælū, cum voluerint, claudendū, & aperiendū? Hoc enim ſignificatur, cū dicitur: *Habebunt poteſtatem claudendi cæli, & ita claudendi, vt nulla vi Antichriſti ſeſtatoſ illud poſſint aperire, quod manifeſta fiat eorū vanitas, Chriſtiſ que dominiſ impetiũ, & gloria magiſ reſplenda.*

Hh iij.

2. Theſſ. Mat. 24. 24.

IT. Enoch, & Heliaſ Antichriſti tēpore prohibebunt pluuiam. 3. Reg. 17. 2.

deant. Quare qui eo tēpore se ad Antichristū adiunxerit, nullā habere poterunt  
 1. Cor. 10. 15. exculationē desertæ fidei. Etenim vetillimū etiā tūc erit illud: *Fidelis autē Deus est,*  
*qui non patietur vos tēari supra id, quod potestis: sed faciet etiā cū tentatione proveniit, ut possitis*  
*sustinere: vbi pro, sustinere, est Græcè ὑπομένειν, id est, ita sustinere, ut supersint ad-*  
*huc vires ad plūs aliquid sustinendū. Itaque id auxiliū Deus cōfert, ut eū magno ex cel-*  
*su possit quis tentationē superare. Idcirco igitur Deus tā amplam tribuet Enoch,*  
*& Helix potestātē miracula perpetrādi. Atque hanc moderationem habet illud,*  
 quod ait D. Greg. lib. 32. mor. c. 13. vbi agens de persecutione Antichristi, *Pensemus,*  
*inquit, quæ erit humana mentis illa tentatio, quando pius Martyr & corpus tormentis subijcit,*  
*& tamen ante eius oculos tortor miracula facit? Cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum*  
*fūdo quæritur, quādo is, qui flagrū cruciat, signis coruscet? Hæc ille. Sed ad huiusmodi tē-*  
*tationis vim frangendā totū eo tēpore Enoch, & Helias illusterrimis signis, & mi-*  
*raculis cōtuscabūt. Duo hic sunt observanda. Vnū est meritū impijs eo tempore*  
 cælū claudi, cū illud modō nō solū ingredi non curēt, sed etiā sceleribus oppu-  
 gnēt: quæ est vna ex maledictionibus, quas Leuitæ populū imprecabantur, si-  
 lēgē Diuinā violasset, *Sit cælū, quod supra te est, aneum: & terra quam calcas, ferrea: det Do-*  
*minus imbrem terræ tuæ puluere, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris: ex quo*  
 loco obiter colligetur propter hominū scelera iratū Deum tempestiū pluuiam  
 denegare: atque ad eō, cum id contingit, peccatores ad pluuiam impetrandā pæ-  
 nitentiæ, & morū cōpositionis admonere. Alterum est, quanto honore, & amore  
 Deus Sanctos suos prosequatur: siquidē eis potētia suæ, atque ad eō thesauri cla-  
 ves liberaliter cōmittit, ut alteri quidā Dij in terris videātur. Hoc enim sensu di-  
 ctū est Moyli Exo. 7. *Ego te constitui Deū Pharaonis. Idcirco maiori iure de Enoch, &*  
*Helia illis temporibus dici potest: quodd scilicet Dij Antichristi constituendi sint.*

Deinde habebunt potestatem cōuertendi aquas in sanguinem, quam etiā datā  
 legimus Moyli Exodi septimo: imō percutiendi terram omni plaga, quotiescūq;  
 ipsi voluerint quod summæ potestatis erit, siquidem Deus pro eorū arbitratu po-  
 tentiam suam, & vim infinitam exeret, ut verum sit illud, quod ait Philo Iud. lib. 1.  
 de vita Moylis: *Cum amicorum omnia sint communia, idcirco Deum potestatem, & opes*  
*suas cum Sanctis communicare. Denique mirū est, quod sequitur: Si quis eos occidere*  
 tentauerit, ignem egressurū de ore ipsorū, hostesque deuoraturū toto nimirū tē-  
 pore, quod eis fuerit ad prædicandum definitum. Id quod ita accipiendū est, ut ad  
 Enoch, & Helix imperium descensurus sit ignis de cælo, qui ipsorū hostes, & ad-  
 uersarios inflammet, sicut legimus 4. Reg. 1. ad preces Helix descēdisse ignem de  
 cælo, qui duos Principes quinquagenarios cū suis quoque militibus interemit.

Enoch, & Heliam ab Antichristo occidendos: & cur Hierusalem, in  
 qua occidendi sunt, Ægyptus, & Sodoma appelletur?  
 Corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter  
 Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est.

### SECTIO XII.

**A**bsoluto suo testimonio Enoch, & Helias interficientur à bestia, quæ ascen-  
 det de abyſſo, hoc est, ab Antichristo: eorūque corpora, ut ait Ioannes, iace-  
 bunt tribus diebus cum dimidio inhumata in plateis ciuitatis magnæ, quæ voca-  
 tur, inquit, *spiritualiter Sodoma, & Ægyptus. Quanam vērō ea ciuitas futura sit,*  
 statim explicauit, subiungens: *Vbi & Dominus eorum crucifixus est: quod simul dictū*  
 existimo ad Helix, & Enoch consolationem: ut nimirū meminerint gloriosum  
 sibi fore in ea ipsa vrbe mori pro Christo, vbi Christus eorum Dominus pro ipsis  
 crucifixus

Enoch, &  
 Helias inter-  
 ficientur ab  
 Antichristo.

Dent. 28. 13.

Pluuiam tē-  
 pestiūā pro-  
 pter peccata  
 denegat  
 Deus.  
 Sanctos suos  
 quāto honore  
 prosequatur  
 Deus.  
 Exod. 7.

III.  
 Exod. 7.  
 Enoch, &  
 Helix pote-  
 stas aduer-  
 sus Anti-  
 christum.  
 Phil. Iud.  
 4. Reg. 1.

crucifixus est. Sed opponit senobis D. Hier. epist. 17. quā nomine Paulæ, & Eusto. D. Hieron.  
 chij ad Marcel. scribit, vbi tractans hunc locū existimat nō esse hic nomine Egy-  
 pti, & Sodomæ intelligendam Hierusalem, sed mundū istum, qui est vrbs illa ma-  
 gna, quam Cain edificauit. Et argumentatur primū ex eo, quod hoc ipso capite  
 Hierusalem appellata fuerit ciuitas sancta illis verbis: *Et ciuitatem sanctam calcabunt*  
*mensibus quadraginta duobus. Quomodo enim contraria sibi loquatur scriptura: & quam paulo*  
*ante ciuitatem sanctam appellauerat, paulo post Egyptum, & sodomam appelleret?* Deinde,  
 quoniam in sacris literis Egypti, & Sodomæ appellationibus non Hierusalem,  
 sed mundus nominari consuevit. Etenim quod ad Sodomam pertinet, Ezech. 16. Ezech. 16. 55.  
 iuxta translationem. 70. dicitur: *Restituetur Sodomā in antiquum. Quod, inquit, intelligi*  
*non potest de Hierusalem, quia iterum edificanda non est: sed de mundo, qui vr ante fuit, instau-*  
*rabitur.* Quod verō ad Egyptum spectat, affert illud ex Iudæ epist. testimonium.  
*Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Egypti sal-*  
*uans, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit: Et ne putaret, inquit, de Iesu dici filio Naue sta-*  
*tim sequitur: Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum do-*  
*micilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit.*

Cæterū, vt pace dixerim Hieron. omniū, quos ætas illa tulit, longè doctissimi II.  
 verba Ioan. manifestè conuincunt de vrbe Hierus. sermone esse: quæ enim alia ci-  
 uitas, nisi Hierusalem intelligenda est, cum dicitur: *In plateis ciuitatis magna, vbi &*  
*Dominus dñi crucifixus est?* Nec verò rationes Hieron. contrariū euincunt: etenim  
 non mirū videri debet, quod eadē ciuitas ob vnā rationē sancta, ob aliam dicatur  
 Egyptus, & Sodomā: sancta, quoniam à Deo fuerat in sui cultū, & adorationē ele-  
 cta: Egyptus autem, & Sodomā propter colluionē scelerū, quibus cum Egy-  
 pto: & Sodomā contendit. Sic enim ipsa etiam Ecclesia in sacris literis interdum  
 meretrix dicitur propter statū, quæ habuit ante cōuersionē, interdū virgo, & spō-  
 sa Christi propter fidem: propter malos nigra: propter bonos formosa, Cant. 1. Et  
 quidē Sodomæ appellationē tribui posse Hierosolymis consentaneū est Diuinis  
 literis, in quibus reperimus Sodomæ appellari fororē Hierus. veluti Ezech. 16. Ecclesia ob  
 diuersum  
 statum varia  
 nomina. *Vi-  
 no ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodomā soror tua ipsa, & filia eius, sicut fecisti tu, &*  
*filia tuæ. Præterea quid mirū, si Hierusalem Sodomæ cōparetur: quando quidē pe-*  
 ior adhuc, quàm Sodomā pronuntiat Thren. 4. *Maior effecta est iniquitas filia populi  
 mei peccato Sodomorum: Egypti appellatio non occurrit, vbi in sacris literis Hiero-*  
 solymis tribuitur: sed hic locus Apocalypsis clarissimus satis esse debet, vt eam  
 vrbe Egyptum appellari posse non immeritō existimemus.

Iam illud est explicandum, cur Hierusalem tum Egyptus, tum Sodomā spiritua- III.  
 liter, vt ait Ioannes, hoc est, in mystico sensu nominetur? Sciendum est igitur Egy-  
 ptū appellari Hebraicè *Misraim*, quæ vox secundū etymō significat afflictionem: Hierusalem  
 cur Egyptus  
 dicitur.  
*Misraim* enim Hebraicè afflictio est: id quod maximè in Hierusalē cōuenit, quæ à  
 quatuor mūdī impetiis fuit oppressa. Verūm Egyptus per mysteriū pro tenebris  
 sumitur ob eas horribiles tenebras, quæ à Moyle in Egypto factæ sunt tribus die-  
 bus vsque ad eō dēfæ, vt palpari possent, quemadmodū dicitur Exo. 10. Atque hoc  
 potissimū ex capite Hierusalem spiritualiter Egyptus appellatur. Quanta enim  
 tenebræ illā in aduentu Messie occupauerint, ipsimet Hebræi confitentur apud  
 Elai. 59. Hebræorum  
 in Messie ad-  
 uentū cæcitas *Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus me-*  
*ridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.* Porro cum dicitur: *palpauimus sicut cæci*  
*parietem, ingens cæcitas significatur, sicut & 2. Petri 1. illis verbis: Cui enim non præsio*  
*sunt hæc cæci est, & manu retas. Lucifosi nāq: magna corpora vident, vt ductu manū*  
 nō sit opus: atque ad eō indicatur cæcos omnino esse Iudæos, qui manifestā Chri-

sti Diuinitatem quasi magnum aliquod corpus non videant, vt non iam lusciosi sed omnino cæci cenferi debeant. Quam caliginē adumbratam fuisse in eo, quod Moyfes loquēs cū Domino auferebat velamen, donec exiret: si quando autem loquebatur ad populū, operiebat rursus velamine faciem suam, vt refertur Exo. 34. expendit Rup. li. 4. in Exod. c. 44. Quis, inquit, diu loquitur Moyfes ad Christū, id est, ad Euanangel. Eccles. in qua Christus est, tollit velamen suum, & aperta ostendit faciem: tollit enim litteram occidentem, & spiritum promit viuificantem. Vbi autem legitur in synagoga Iudeorum, operit vultum suum, id est, spirituale legis sensum. De eodēque velamine loquutus est Paul. 2. Cor. 3. cum dixit: vsque hodiernum diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyfes, velamen positum est super cor eorum. Tum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Atque hæc quidem de Ægypto. Cur verò eadem de Hierusalem Sodoma dicatur, inde intelliges: quòd in hac Sodoma sese in turpitudinis cæno per summam impudentiam volutauerit. Etenim, vt refertur, 2. Mach. 4. præter multa alia, quæ recenferi possent, Iafon frater Onia, cum per ambitionem ab Antiocho Epiphane summū Sacerdotiū obtinuisset, facta sibi à Rege potestate ephēbiam Hierosolymis constituendi ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephēborum in lupanaribus prostituere, vt non iam Hierusalem Sodomam æmulari, sed multò etiam vincere effrænata libidine videtur.

De Enoch, & Helix resurrectione, & in cælum ascensione.

Et post dies tres, & dimidium spiritus vitæ à Deo intravit in eos, & ascenderunt in cælum in nube.

S E C T I O XIII.

- I. Quantum sectatores Antichristi lætari debeant Enoch, & Helix occisione, atque ignominia, qua eorum corpora per tres diem cum dimidio in plateis Hierosolymorum inhumata iacebunt, tradit Ioannes illis verbis. *Et videbunt de tribus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium, & corpora eorum non sinent poni in monumentis, & inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur, & munera mitent inuicem: quoniam hi duo Propheta cruciauerunt eos, qui habitabant super terram.* Cæterum statim Ioannes eorundem Prophetarum gloriam, atque aduersariorum timorem, ac trepidationem commemorat, cum subiungit Enoch, & Heliam, postquam eorum cadauera tribus diebus cum dimidio in plateis Hierosolymorum inhumata iacuerint, rursus magna inimicorum trepidatione surrecturos: tunc voce de cælo delapsa, *Ascendite huc*, ascensuros in cælum in nube eadēque hora terræ motum magnum excitandum, decimamque partem ciuitatis, Hierosolymitanæ scilicet casuram, & occisum iri à terræ motu septem hominum millia: reliquos timore percellendos, gloriāque Deo cæli daturos. Quæ omnia, non dubium, quin ad litteram, vt verba sonant, intelligenda sint.
- II. Illud obseruandum cum sectatores Antichristi vsque ad eodē morte Enoch, & Helix triumphassent, vt gratulationis causa, quemadmodum docuit Ioannes, inuicem sibi munera miserint, repente illis resurgentibus, & in cælum palam ascendentibus timore perculsos, & obstupefactos tandem Sanctorum decus, & gloriā agnouisse, doluisseque maximè, quod eos fuissent persecuti. Ex quo duo colligenda sunt ad consolationem Sanctorum: vnum est labores eorum tandem finiri, & in gloriam, splendoremque conueri. Alterum in eorum inimicos, ac persecutores acerrimè à Deo animaduerti. Hoc enim significat ille terræ motus, quo septem hominum millia interibunt, compellenturque reliqui Sanctorum gloriā, & splendorem confiteri. Et quidem quod ad primum attinet: meritiò eā ob causam Christus

Exod. 34.  
Eorundem  
caecitas in  
Scripturis  
intelligendis.  
Rupertus.  
1. Cor. 3. 14.

Cur item di-  
catur Sodo-  
ma.  
2. Mach. 4.

Sanctorum  
labores fini-  
unt.



Christus Dominus Sanctorum statim laboribus huius vite undique circumseptum comparavit parturienti mulieri, quae acerbissimos dolores in partu patitur: sed brevissimè dolores illi transeunt, & incredibili gaudio ob editum infantem compensantur. Quam etiam similitudinem usurpavit Apost. Rom. 8. *Omnia creaturae ingemiscunt, & parturunt usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus ad adoptionem filiorum Dei expectantes, hoc est, Non solum omnes creaturae expectant nostram remunerationem sperantes fore, ut tunc iam renouentur: sed etiam nos ipsi pressi laboribus gemimus, & persecutionum pressuris, ac doloribus fatigati ipsam filiorum Dei adoptionem, & gloriam parturimus. Itaque iustus cum se pressum laboribus viderit, cogitet se quasi foetum gloriae in ventre gestare, quam illis doloribus parturit. Hanc nimirum ob causam Sancti omnes in hac vita appellantur à Zacharia *vincti spei*: sic enim legimus c. 9. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Convertimini ad munitionem vincti spei: hodie quoque annuntias duplicem reddam tibi: quasi dicat Propheta Christum alloquens: Tu Christe rex potentissime sanctos illos patres qui in limbo tanquam in lacu, & carcere tenebantur, sanguine tuo, per quem fedus inter homines, ac Deum initum fuit, in libertatem vendicasti. Convertimini igitur ad munitionem, seu locum munitum, hoc est, ad Christum vincti spei, id est, qui vincti speratis. Quo loco per *vinctos spei*, non solum Iudaei intelligendi sunt, ut plerique volunt, sed Sancti omnes, qui in hac vita labores pro Christo tolerant: qui *vincti spei* appellantur, quia dum vincuntur, dum coniciuntur in vincula, ibi adhuc sperant fore, ut è carceribus educti, hostibusque debellatis duplo maiora praemia accipiant, quam sint ipsi labores: unde sequitur: *Duplicem reddam tibi.* Advertendum est autem eleganti periphrasi appellasse Prophetam mortales omnes *vinctos spei*, quia semper spe melioris fortunae in suis laboribus sustentatur, quasi sint ipsi vincti, & veluti captivi ipsius spei, cui nimirum seruiunt, & à qua tanquam ab hera, & domina sustentantur. Potissimum verò Sancti *vincti spei* dicuntur non inuiti, sed voluntarii: quia ipsi se ultro ob unam spem gloriae in carceres, & vincula coniciunt. Nec minus elegans est illa Pauli similitudo, cum Sanctorum spem inter persecutionum discrimina anchoram appellavit Heb. 6. *Qui confugimus ad remendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animae totam, ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminum.* Sicut enim anchora in medio fluctuum navem retinet, ne à vento, & fluctibus abrepta disperat, ita spes Sanctos omnes in immenso vite huius Oceano, procellosisque laborum fluctibus ita retinet, ut firmi, securi que permaneant: quam anchoram propterea Apostolus in caelum iacere praecipit, imò in ipsa Sancta sanctorum caelestia, tanquam in locum tutissimum, & propter remunerationis spem bene laborantibus promissa ad firmandam anchoram, navemque aptissimam.**

Quod verò attinet ad secundum, eo pertinet illud Psal. 57. *Lacrabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* Quo loco Hebraicè pro eo, quod nos habemus, *manus suas*, habetur, *plantas suas*. Eode tamè recidit: significatur enim leticia, qua Sancti de impiorum vindicta gestiant, eo quod ex eorum punitione videant Dei gloriam magis illustrari, ducta similitudine à victoribus, qui in hostium sanguine solent pedes tingere. Aliud dixerunt Cassio D. Hier. D. Aug. & Rem. volunt enim iustum lavare manus in sanguine peccatoris: j. cautiorè fieri, cum videret eius sanguinem, id est, eum à Deo castigatum. Quam eandem expositionem secutus est D. Greg. lib. 18. Mor. c. 13. *In peccatorum, inquit, morientium sanguine iusti lavant manus: quia dum eorum pena conspicitur conscientia visamundatur.* Et D. Bern. serm. 8. in Ps. *Qui habitat, Planè, inquit, non inquinabit in sanguine manus, sed lavabit, ut unde ille cruentus magis, inde iste nitidior videatur: unde ille plus sordet, inde iste pulchrius elucescat.* dicitur iustus.

Ioan. 16.

Rom. 28. 12.

Gloria laborum fetus.

Zach. 9. 11.

Christus locus munitionis.

Duplicem sperantium elegans periphrasi.

Sanctorum spem laboribus.

Heb. 6. 18.

III.

Psal. 57. 11.

Sanctorum leticia de impiorum vindicta.

Cassiod.

D. Hieron.

D. August.

D. Remig.

D. Gregor.

D. Bernard.

Castigato peccatore cautior red.

ditur iustus.

Verum hæc expositio non literalis est, sed mystica: ad literam enim significatur gaudium, quod iusti de malorum punitione concipient: quemadmodum etiam dicitur sub eadem similitudine Ps. 67. *Dixit Dominus: Ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris: ut ininguatur pestuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipse, id est, Homines ex regione Basanitide, quæ paret Og hosti tuo sanissimo, ex ipsismet, inquam, regionibus inimicorum tuorum conuertam inimicos tuos in profundum maris, hoc est, in mare eos demergam, ut ita lætabundus possis lauare pedes tuos in illorum sanguine, & canes tui eodem inimicorum cruore saturentur.*

## COMMENTARIUM QUARTVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Quæ de tuba septimi Angeli Ioannes edisserat, explicantur.

### SECTIO PRIMA.



N postrema parte huius capituli commemoratur à Ioanne visio septimi Angeli tuba canentis. Et quidem tubæ sex Angelorum præcedentium varias persecutiones, & bella, quibus Ecclesia erat exercenda, terribili suo clangore denunciatur: hæc autem postrema tuba felicissimum illud tempus denunciat, in quo Christus hostibus suis debellatis gloriosè regnabit, ut manifestè significatur illis verbis: *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum.* Quæ ob causam vigintiquatuor seniores, qui vniuersam Ecclesiam repræsentant, ut suo loco diximus, Christo Domino de peccato eius regno, & imperio gratulantes proni in faciem dixerunt: *Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.* Latati enim sunt quòd tempus illud aduenisset, in quo Christus probis quidem præmia, improbis autem supplicia largiretur. Tunc vero docet Ioannes apertum fuisse templum Dei in celo, visamque arcam testamenti, in qua licet aliqui velint significari arcana mysteria rerum futurarum, quæ in arca propter absconsonem figurentur: probabilius tamen est Bedæ, Primasij, Ruperti, Pannonij, & Richardi Victorin. sententia, per huiusmodi arcam testamenti humanitatem Christi accipientium, quæ sese videndam, & fruendam prædestinatis demonstrat. Fulgura verò, voces, & tonitrua, quæ subsequuntur; impiorum pænas grauissimas apud inferos significant. Atque hoc modo explicata visione non est, cur cum Ruperto, Pannonio, Hugo Card. & alijs hanc arcam hæditis in celo apparitionem ad sequens caput referamus, ex eaque diuersam visionem, & caput duodecimum auspiciemur. Illud quoad contextum, & nexum visionis aduertendum, hanc tubam septimi Angeli regni Christi post iudicium denunciante adhiberi hoc loco per anticipationem: id quod necesse fatentur esse, si quidem capitibus sequentibus de Antichristi persecutione suscitæ à Ioanne disputatur: qua tamen Imperij Christi felicitatem post iudicium futuram debet antecedere.

*Ecclesia Christi Domino de peccato suo regno gratulatur.*

*Bedæ.  
Primasij.  
Pannonij.  
Victorin.  
Ruperti.  
Pannonij.  
Hugo Card.*

Cur

Cur humanitas Christi dicatur arca testamenti?

Apertum est templum Dei in celo, & visa est arca testamenti eius in templo eius.

SECTIO II.

Illud in tuba septimi Angeli duntaxat explicationem desiderat, cur humanitas Christi Ioan. Arca testamenti appellauerit iuxta eam expositionem, quam veluti communioem magis probauimus. Igitur humanitatem Christi in arca testamenti fuisse adumbratam docent Cyrill. Alex. li. 4. in Ioan. c. 28. D. Hilar. in Pl. 131. supra illa verba: surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. Quae verò sit: iter arcam faderis, & Christum conuenientia ex sequentibus manifestum fiet.

Primum. Arca testamenti erat de lignis cetim, hoc est, cedrinis iuxta communioem sententiam, quae ligna dicuntur imputribilia, & summam Christi sanctitatem declarant: cuius videlicet humanitas nulli vel minimae peccati corruptioni, ne de potentia quidem Dei absoluta, subiecta esse potuit. Vnde Paulus Heb. 7.

Talis decebat, ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsus caelis factus: & Pl. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum: pro quo Hebraice est: verba rugitus mei: ut sit sensus: Cur me Pater ita dereliquisti, ut verba, quibus tuam opem imploro, longè sint à salute impetranda? Verùm secundum nostram vulgatae editionem duplex est expositio. Vna est, ut ea verba dicta sint à Christo in persona omnium hominum, appellatque delicta sua nostra ipsorum delicta, quae in se ad satisfaciendum susceperat: quae expositio est D. Aug. epist. 120. de gratia noui testam. c. 6. Nazianz. orat. 36. & D. Damas. lib. 3. fidei cap. 25. & lib. 4. cap. 19. Altera est Euthymij in hunc sensum: Delicta mea longè sunt à me, hoc est, salutis meae nocere nequaquam possunt, cum vere nulla sunt. Eodem pertinet illud Pl. 34. Congregata sunt super me flagella, & ignorauit. In quem locum D. Hier. Quid non cognouerit, inquit, quæratur. Quidam putant dolorem vulnerum, quae patiebatur in cruce: sed melius ad peccata refertur, quod nimirum non habuerit conscientiam peccatorum, quare crucifixus sit: quasi diceret: Propter quod istud mihi accidit, non commisi. Ad Christum etiam à plerisque refertur illud Prou. 30. Tria sunt desideria mihi, & quartum penitus ignoro: viam Aquilae in caelo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia: seu ut ex Hebraeo est legendum, in adolescentula. Pro eo, quod nos habemus: viam colubri super terram, 70. transitulerunt, viam colubri super terram: quibus verbis declaratur Christi Domini innocentia instar petrae firmissima, in qua videlicet petra serpens antiquus nullum potuit peccati vel leuissimi vestigium imprimere. Hanc eandem Christi sanctitatem existimat Theodor. expressam fuisse ab sponsa nomine pulchritudinis Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureae, plene hyacinthis, & totus desiderabilis, seu, ut habent Septuaginta, ὁλὸς ἐπιθυμία, id est, totus desiderium: quae postrema verba sic ille expendit. Dubitans, inquit, sponsa quibus eum laudibus praeterea cummlaret, vno verbo se expedit, & cuncta complectitur. Quid, inquit, in singulis eius pulchritudinis partibus explicandis moror? totum est desiderium: omnes ad amandum se trahit. Vnde nemo elegantius innocentiam Christi explicauit, quam Paulus eum dixit secundae Cor. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vbi cum D. Chryl. obseruandus est modus loquendi Pauli: nec enim dixit. Qui peccatum non fecerat, sed: Qui peccatum non nouerat: quasi diceret: Vtique adeo fuit segregatus à peccatoribus, ut ne de facie quidem peccatum nouerit.

Talis decebat, ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsus caelis factus: & Pl. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum: pro quo Hebraice est: verba rugitus mei: ut sit sensus: Cur me Pater ita dereliquisti, ut verba, quibus tuam opem imploro, longè sint à salute impetranda? Verùm secundum nostram vulgatae editionem duplex est expositio. Vna est, ut ea verba dicta sint à Christo in persona omnium hominum, appellatque delicta sua nostra ipsorum delicta, quae in se ad satisfaciendum susceperat: quae expositio est D. Aug. epist. 120. de gratia noui testam. c. 6. Nazianz. orat. 36. & D. Damas. lib. 3. fidei cap. 25. & lib. 4. cap. 19. Altera est Euthymij in hunc sensum: Delicta mea longè sunt à me, hoc est, salutis meae nocere nequaquam possunt, cum vere nulla sunt. Eodem pertinet illud Pl. 34. Congregata sunt super me flagella, & ignorauit. In quem locum D. Hier. Quid non cognouerit, inquit, quæratur. Quidam putant dolorem vulnerum, quae patiebatur in cruce: sed melius ad peccata refertur, quod nimirum non habuerit conscientiam peccatorum, quare crucifixus sit: quasi diceret: Propter quod istud mihi accidit, non commisi. Ad Christum etiam à plerisque refertur illud Prou. 30. Tria sunt desideria mihi, & quartum penitus ignoro: viam Aquilae in caelo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia: seu ut ex Hebraeo est legendum, in adolescentula. Pro eo, quod nos habemus: viam colubri super terram, 70. transitulerunt, viam colubri super terram: quibus verbis declaratur Christi Domini innocentia instar petrae firmissima, in qua videlicet petra serpens antiquus nullum potuit peccati vel leuissimi vestigium imprimere. Hanc eandem Christi sanctitatem existimat Theodor. expressam fuisse ab sponsa nomine pulchritudinis Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureae, plene hyacinthis, & totus desiderabilis, seu, ut habent Septuaginta, ὁλὸς ἐπιθυμία, id est, totus desiderium: quae postrema verba sic ille expendit. Dubitans, inquit, sponsa quibus eum laudibus praeterea cummlaret, vno verbo se expedit, & cuncta complectitur. Quid, inquit, in singulis eius pulchritudinis partibus explicandis moror? totum est desiderium: omnes ad amandum se trahit. Vnde nemo elegantius innocentiam Christi explicauit, quam Paulus eum dixit secundae Cor. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vbi cum D. Chryl. obseruandus est modus loquendi Pauli: nec enim dixit. Qui peccatum non fecerat, sed: Qui peccatum non nouerat: quasi diceret: Vtique adeo fuit segregatus à peccatoribus, ut ne de facie quidem peccatum nouerit.

Secundò. Erat arca faderis deaurata intus, & foris, seu coopera intus, & foris laminis aureis. Est enim Christus totus aureus, summiq; valoris, ac pretij, & quate-

Humanitas Christi in arca testamenti adumbrata.  
Cyril. Alex.  
D. Hilar.  
Psalm. 131. 8.  
Christi sanctitas.  
Heb. 7. 26.  
Psalm. 21. 2.

D. August.  
D. Gregor. Nazianz.  
D. Ioa. Da.  
Euthym.  
Psalm. 34. 15.  
D. Hieron.

Prou. 30. 18.  
Septuag.

Theod.

Cant. 5. 10.

Theodoret.

Christus totus desiderium.  
2. Cor. 5. 21.  
D. Chrysost.

II.  
Christi charitas ardentissima.

nus Deus est, & quatenus homo est. Præterea tã diuinitas, quã humanitas fulgebãt ardentissimã charitatis auro. Nã de diuinitate accipiendũ est illud Hier. 31. *In charitate perpetua, æterna, dilexite: idcõ attraxi te miserans.* Propter humanitatem verd appellatur rubicundus Cant. 5. id est, charitate incensus. Quanta verd charitate humanitas Christi exarserit, hac similitudine potest modo aliquo intelligi. Si Deus vniuersam ignis spherã in vase aliquo paruo crystallino includeret, quã flãmã turbines intus voluerentur? Cum igitur Deus infinitam illã diuinitatis, & charitatis spherã in tã exiguum humanitatis vasculũ includerit, iuxta illud Colloss. 1.

Coloss. 1.

19. &amp; 2. 2.

Cant. 3. 9.

*In ipso cõplacuit omnem plenitudinem inhabitare & c. 2. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: quos nam quãso, charitatis ardores in ea humanitate excitari oportebat? Atque idcirco humanitas Christi expressa fuit in illo Salomonis ferculo, de quo agitur Cant. 3. Ferculũ fecit sibi Rex ex salomõ de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureum, ascensum purpureũ media charitate constravit propter filias Hierusalem. Quo loco ferculum, alij sellam gestatoriam, alij thronum putant: per charitatẽ verd ipsemet Salomon accipiendus est in mediõ seculi parteresidens, qui figuratẽ, & amatorio more appellatur charitẽs, quod in eo ferculo maximẽ pulcher, & amabilis Hierosolymitanis fœminis videretur: vnde subditur: Propter filias Hierusalem. Quæ expositio confirmari potest ex alia eiusdem loci translatione quam plerique afferunt: pro eo enim, quod nos habemus: & media charitate constravit, transferunt: Et medium tenet ipse accensus. Quod verd dicitur: Propter filias Hierusalem, sic accipiunt: non quod Salomon à fœminis amaretur, quemadmodũ voluit D. Hier. sed quod ipse fœminas adamaret, ad quarum scilicet amorẽ cõciliandũ in eo pulcherimo ferculo per urbem vehebatur. Sic igitur etiam Christi humanitas ferculũ fuit diuinitatis pulcherimũ, in quo Dei filius ita accensus amore ferebatur, vt amatoricẽ & figuratẽ ipsemet amor, & charitas dici merito potuerit, Propter filias Hierusalem, id est, fidelium animas: tum quia ipse in Christi amorem incendebatur, tũ quia Christus in eo ferculo sese supra modũ amabilẽ exhibebat, filiarumq; Hierusalem amorẽ ambiebat, eãque ob causam eiusmodi ferculum ascendit, id est, humanitatem incredibili decore cõspicuum sibi copulauit. A quã expositione non multũ abhorret Beda in comm. in Cant. quamuis enim ferculum ad Ecclesiã referat, tamen ascensam purpureũ de charitate Christi interpretatur, propter quã dilexit nos, & lauit sanguine suo purpureo. Nec nisi purpureus ascẽsus ad hoc ferculum inuenitur: quia nullus Ecclesiã nisi sacramentis dominicæ passionis irabutus ingreditur. Media autem charitate constravit, ea videlicet, qua pro nobis passus est, propter filias Hierusalem: quoniã quanto maiorẽ charitatem pro nobis patiendo cõmendauit, tãto plures ad se redamandũ, ac pro se patiendum inflam-mauit. Illud eleganter obseruauit Beda in reclinatorio aureo adumbratam fuisse spem perpetuæ quietis, quam Christus fidelibus repromisit, Mat. 11. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Quodd reclinatoriũ aureũ fecit, quia requiem nobis diuinæ visionẽ gloriæ coruscantem præparauit. Ratio verd cur spes Sanctorum reclinatorio aureo cõparetur, ea est: quoniã Sancti omnes cum laboribus, & persecutionibus fatigantur, in hac vna spe tanquam in aureo quodam reclinatorio conquiescunt.*

D. Hieron.

Humanitas  
Christi fercu-  
lum diuini-  
tatis.

Beda.

Ecclesiã  
nemo ingre-  
ditur nisi vi-  
tute passionis.Mat. 11. 29.  
Spes sanctorũ  
reclinatoriũ  
aureum.

III.

Rom. 3. 25.  
Christi pro-  
pitiatorium.  
Origen.D. Hieronym  
D. Gregor.  
Coloss. 1. 10.  
Ephes. 2. 14.

Tertio. Erat propitiatoriũ in arca, quod erat opertoriũ quoddã aureũ ipsius arce in quo etiam Christus ipse exprimitur, quem Paul. Rom. 3. propitiatorem vocat: Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem sanguine ipsius, seu, vt alij vertunt. Propitiatiõne: nomẽ enim Græcũ Ἰλατὴν ἵερὸν vtrũque significat, quæ propitiatorij expositio est Orig. lib. 3. in c. 3. epist. ad Rom. D. Hier. in c. 43. Ezech. D. Greg. hom. 6. in Ezech.

Ezech. Merito autem dicitur Christus propitiatoriu, cum per eum Deus nobis fiat propitius iuxta illud Coloss. 1. *Pacificus per sanguinem crucis eius, siue qua in terra, siue qua in caelis sunt: & Ephel. 2. Ipsentem est pax nostra, qui fecit utraque unum & medium partem maceria soluens.* Vnde Regius vates Deum sibi optans benignum, ac propitium illud solum postulabat. Psal. 83. *Protektor noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui: sperans nimirum fore, ut Deus conspecta Christi facie continuò sibi propitius redderetur.* Quarto. Super propitiatorium erant duo Cherubin sese inuicem respicientia, conuersis vultibus in propitiatorium, hoc est, duo testamenta, quæ sibi inuicem concinunt, cum ad Christum respiciunt, quemadmodum interpretatur D. Greg. ho. 6. in Ezech. *Vicissim, inquit, ad semetipsa facies tenent: quia quod unum promittit, alterum exhibet, dum inter se positum mediatorem Dei, & hominum vident.*

Quintò. Erat intra Arcam virga Aaron, quæ significabat Christi potestatem tam Regalem, quam Pontificiam: quo sensu accipiendū est illud Ps. 109. *Virgā virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,* hoc est, Pater mittet filiū suū tanquā virgam quādam potentissimā ex Sion: quia ex Hierusalē cœpit propagari imperiū Christi: sibi enim cœpta est Euang. prædic. Virgæ autē huius potentia, & virtus declaratur, cum subiūgitur. *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Atq; hic est huius loci literalis sensus, non ille, quem volunt Hebræi detorquentes hunc locum ad regnum Davidis, quæ arce Si in exædificata capit esse potentior, ac fortior. Aduerte autem nomen Hebr. *Virgæ* non solum significat virg. & sceptrū, sed etiam Baculum, tum quia regale sceptrū debet esse baculus, & fulcimentum subditorum, tum quia præstat Regem amari, quàm timeri. Quam ob causam baculum tanquam pastores dicuntur gestare, & Græcorum princeps Agamemnon ab Homero pastor populorū saepe dicitur. Vnde Ps. 22. loquens Regius vates de imperio, & principatu Dei sic ait: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* vbi pro regit habetur Græcè *ποιμαίνω*, id est *pascit*, Cui cōcinit, quod sequitur: *In loco pascue tibi me collocauit.* Et ibidem baculum simul, & virgam coniunxit illis verbis: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt,* vt lenitas imperij Christi monstraretur: imo propterea etiam in arca virga simul erat cum manna, vt dulcedo manna seueritatem virgæ temperaret. Vtrunque enim in Principe necessarium est virga, & manna, illa potissimum propter malos, hoc præcipue propter bonos. Quo pertinet illud Cant. 6. *Descendi, ait sponsa, in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.* Quo loco per hortum significatur Ecclesia, in qua sunt nuges, id est, mali, ad quos colligendos, & excutiendos opus est virga: sunt etiam poma, id est, boni qui non percussione virgæ, sed leni manu carpendi sunt.

Porro erant in arca tabulæ legis, quæ significant Christi sapientiam, iuxta illud Apost. Coloss. 2. *In quibus sunt omnes thesauri sapientia, & scientia absconditi.* Dux autem illæ posteriores tabulæ in arca repositæ symbolum fuerunt legis nouæ, cum priores, quæ fractæ fuerant legem veterem aliquando abolendam designassent: quo alludit Paul. 2. Cor. 3. cum dixit, *Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viuis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Quæ tabularum de lege noua expositio est D. Aug. lib. 15. contra Faust. Manich. c. 4. & D. Ambros. seu alterius, quicumque est auctor comm. epist. ad Rom. cap. 7. Denique in eisdem legis tabulis significatur Christum perfectè legem obseruasse, Dei que voluntatem adimpletse, iuxta illud Psal. 39. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus voluit, & legem tuam in medio cordis me.* Atque hoc est illud imperium super humeros eius constitutum, de quo loquitur Esai. cap. 9. *Factus est principatus super humerum eius.* Pro quo Paraphr. Chald. transtulit: *Suscepit legem super se, vt seruaret eam.*

Psal. 83. 10.  
Christi facies  
propitium  
reddidit Patrū.  
Vtriusque te-  
stamenti con-  
cordia.  
D. Gregor.

IV.  
Psal. 109. 10  
Christi pote-  
stas regalis,  
& Pontificia.

Regem ama-  
ri quam ti-  
meri præstat.  
Homerus.  
Psal. 22. 1.

Cant. 6. 10.

V.  
Closs. 2. 2.  
Tabula in  
arca reposita  
symb. legis  
nouæ.  
2. Cor. 3. 3.  
D. Aug. lib.  
15. Ambros.  
Legem per-  
fectè obser-  
uauit Chri-  
stus.  
Psal. 39. 8.  
Esai. 9. 6.  
Paraphr.